

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI

B. IOANNIS DUNS SCOTI

ORDINIS FRATRUM MINORUM

OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE

RMI P. HERMANNI SCHALÜCK

TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS

STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE

AD FIDEM CODICUM EDITA

XIX

CIVITAS VATICANA

TYPIS VATICANIS

MCMXCIII

[DISTINCTIO VIGESIMA QUINTA

QUAESTIO UNICA

UTRUM ACTUS VOLUNTATIS CAUSETUR IN VOLUNTATE

AB OBIECTO MOVENTE IPSAM

VEL A VOLUNTATE MOVENTE SE IPSAM]

5 Circa libertatem voluntatis quaeritur an actus voluntatis cau-
setur in voluntate ab obiecto movente ipsam, vel a voluntate mo-
vente se ipsam.

Quod ab obiecto, videtur:

10 Quia Philosophus III *De anima* ponit ordinem moventium
et motorum in animali¹, et dicit quod appetitus movetur ab appe-
tibili movente non-moto; igitur appetibile causat motum in appe-
titu (et generaliter loquitur ibi de appetitu²); igitur obiectum ap-
petibile causabit actum in appetitu qui est voluntas.

15 Dicitur quod appetibile metaphorice movet appetitum. 3
Contra: ultimum quod ibi³ movetur, movetur vere, et si pri- 4

VF

13 generaliter loquitur] l. g. F 14 quae V 15 Dicitur] De¹ V¹ 15-p. 230, 3 Di-
citur — ordo om. F

F 10-13 ARISTOT., *De an.* III t. 54 (Γ c. 10, 433b 10-19): «Specie quidem igitur unum
erit movens appetibile aut appetitivum; primum autem omnium appetibile (hoc enim movet
cum non movetur, eo quod sit intellectivum aut imaginativum), numero autem plura moventia.
Quoniam autem tria sunt [in animalium motu], unum quidem movens, secundum quo mo-
vet, et tertium quod movetur, movens autem duplex (aliud quidem immobile, aliud autem
quod movetur), est autem immobile actuale bonum; movens autem et quod movetur, [est]
appetitivum (movetur enim quod appetit secundum quod appetit, et appetitus actus aut motus
quidam est); quod autem movetur, animal est; quo vero movet organo appetitus, iam hoc
corporeum est».

15 HENRICUS GAND., *Quodl.* XIII q. 11 ad 3 (AMPh s. 2, XVIII 105): «Dico... quod
voluntas non movetur ab appetibili cognito nisi metaphorice»; VI q. 1 in corp. (AMPh s. 2,
X 17); *Summa* a. 45 q. 2 in corp. (II f. 17RS); q. 4 in corp. (f. 19M).

T¹ Cf. THOMAS, *Sententia libri De an.* III c. 9 (XLV¹ 244b-245a): «Primo ostendit quid
sit principium motus in animalibus, secundo docet ordinem quo motus iste completur quan-
tum ad motores et mobilia [seu quantum ad moventia et mota]». ² scil. de appetitu sen-
sibili et rationali. ³ scil. in ordine moventium et motorum (cf. supra n. 2).

it's about
efficient
causality.
See 4.53

mum¹ moveret secundum² tantum metaphorice, hoc non est ponere ordinem moventium et motorum in animali, sed variatur et aequivocatur ordo.

- 5 Praeterea, voluntas non est potentia activa; igitur non est activa respectu proprii actus eliciendi. – Antecedens ostenditur, quia sibi³ non convenit definitio potentiae activae respectu obiecti: non enim est 'principium transmutandi alterum (ut obiectum) in quantum alterum'⁴.
- 6 Praeterea, si voluntas causaret in se actum volendi, tunc esset in potentia et in actu respectu eiusdem, nam tale est passum in potentia quale agens est in actu (III *Physicorum*); igitur si voluntas causaret actum volendi et ille reciperetur in voluntate, voluntas respectu eiusdem esset in potentia et in actu. Sed hoc est inconveniens⁵.
- 7 Item, si esset activa respectu proprii actus, idem referretur ad se relatione reali, quia moventis ad motum est relatio realis, sicut patet ex V *Metaphysicae*; sed si voluntas moveret se ad actum volendi realem, idem esset movens et motum realiter. Sed inconveniens est quod idem habeat oppositas relationes⁶.

VF

1 tantum] tactum V 5 Antecedens] add. quid V 6 quod V* | non — definitio] competit distinctio F 7 enim est] est en. F 9 Praeterea] Item F | esset] cum sit V* 10 et] erit V | respectu eiusdem om. F | eiusdem] comp. V 11 est] et V 12 recipitur F 13 esset] est V | potentia ... actu] a. ... p. F | Sed hoc] Et h. non F 15 idem rep. post se (16) F 16 sicut] ut F 17 si] non V* 18 realem] reale V 19 est] add. hoc V* | idem] modo F | relationes] rationales V

F 6-8 ARISTOT., *Metaph.* V t. 17 (Δ c. 12, 1019a 15-16): «Potestas dicitur hoc quidem principium motus aut mutationis, aut in altero aut in quantum alterum»; ibid. (p. 1020a 4-6): «Quare propria definitio primae potentiae utique erit principium permutativum in alio [aut] in quantum aliud»; IX t. 2 (Θ c. 1, 1046a 10-11): «... et ad primum unum dicuntur quod est principium transmutationis in alio [aut] in quantum aliud est»; t. 3 (Θ c. 2, 1046b 4): «[Potentiae sunt] principia... permutativa in alio aut in quantum aliud».

10-11 ARISTOT., *Physica* III t. 8 (AL VII¹ 99-100; Γ c. 1, 201a 19-25); t. 17 (p. 104; c. 2, 202a 8-12).

16-17 ARISTOT., *Metaph.* V t. 20 (Δ c. 15, 1021a 26-1021b 3).

T¹ scil. appetibile. ² scil. appetitum. ³ scil. voluntati. ⁴ Argumentum n. 5 est GODEFRIDI DE FONT., *Quodl.* VIII q. 2 in corp. (PhB IV 18-19); VI q. 7 in corp. (III 152. 154). ⁵ Hoc item argumentum sumitur ex GODEFRIDO DE FONT., *Quodl.* VIII q. 2 in corp. (PhB IV 19); VI q. 7 in corp. (III 152. 154). ⁶ Hoc quoque argumentum est GODEFRIDI DE FONT., *Quodl.* VII q. 6 in corp. (PhB III 340. 342. 346). – Argumenta n. 6-7 iam adduxerat DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 3 n. 326 (XVI 354, 25-27; 355, 2-4).

Praeterea, 'accidens per accidens' non oritur ex per se principiis subiecti: per hoc enim distinguitur accidens per accidens ab accidente per se, quia quod sic¹ oritur est passio subiecti, et ita accidens eius per se; sed actus volendi est actus voluntatis per accidens (non enim propria passio eius); igitur non oritur ex per se principiis voluntatis, – igitur causatur ab alio quam a voluntate.

Praeterea, quod est in potentia contradictionis ad alia, non causat alterum illorum nisi determinetur; sed voluntas est indeterminata ad velle et ad nolle, et ad velle et ad non-velle; igitur non determinatur ad volendum ex se, – igitur per aliquid sibi impressum ab obiecto apprehenso.

Maiores probatur dupliciter:

Primo per Philosophum IX *Metaphysicae*, qui arguit: 'Quia scientia est oppositorum², ideo ex se non determinatur ad unum; unde non exit ad actum nisi determinetur; et si ex se determinaretur, produceret opposita'.

Aliter probatur idem³ sic: nullus effectus producit a causa quae aequaliter se habet ad non-esse eius sicut ad 'esse'; sed causa quae indifferenter se habet ad opposita, non magis determinatur ad 'esse' effectus quam ad non-esse; igitur talis causa de se non producit effectum.

Sed contra⁴ est quod dicit Augustinus XII *De civitate* cap. 6: Si duo sint aequaliter dispositi in omnibus, quare unus cadit et

VF

1 accidens] actum F | non om. F* | ex] ab accidente (cf. 2-3) V 2 subiecti] obiecti F | distinguitur] discernitur F 4 accidens] ad F* (post eius) | volendi] movendi V* 5 per om. V 7 Praeterea] Prima V* 8 nisi] nec V* 9 ad² om. F | ad non-velle] non ad velle F 10 volendum] velle F | sibi] si V* 13 arguit] a¹¹ V add. quod F 14 oppositorum] comp. V. 15 ad] in F 16 opposita] -torum V* 18 habeat F 20 igitur] ita V | de] aliquid V* 22 civitate] add. Dei F 23 unus om. V*

F 13-16 ARISTOT., *Metaph.* IX t. 10 (Θ c. 5, 1048a 5-10): «Tales quidem potentias [irrationales] necesse [est], quando – ut possunt – activum et passivum appropinquat [in editione: appropinquat], hoc quidem facere, illud vero pati; illas vero [scil. potentias rationales] non necesse [est]. Hae quidem enim [scil. potentiae irrationales] omnes [sunt] una unius [rei] factiva. Illae [scil. rationales] autem [sunt] factivae] contrariorum; quare simul facient contraria, scilicet si agerent approximata passivo, sine aliquo determinante; hoc autem impossibile; necesse [est] ergo alterum aliquid esse quod proprium est [scil. quod illas determinet]».

22-p. 232, 3 AUGUST., *De civ. Dei* XII c. 6 (CCL 48, 361; PL 41, 354).

T¹ scil. ex per se principiis subiecti. ² Cf. ARISTOT., *Metaph.* IX t. 3 (Θ c. 2, 1046b 2-5): «Omnes artes et 'scientiae factivae' potentiae sunt...; et quae quidem cum ratione [sunt], omnes contrariorum sunt eadem». ³ scil. quod dicitur in maiore (n. 9). ⁴ scil. quod voluntas sit causa volitionis.

Godfrey
Q 6.7? 8.16?

Godfrey Q 6.7

= Godfrey
Q 6.7

Godfr.
Q 6.7
p. 162
HOG
Q 1.16

alius non? Non est alia ratio nisi quod voluntas est libera; sed obiectum est idem et aequaliter se habens; igitur non imprimit actum. — Ex hoc arguitur: activum naturale, agens in passum aequaliter dispositum, aequaliter agit; sed per hypothesim, voluntates eorum¹ sunt aequaliter dispositae; ergo si obiectum causat volitionem in eis, aequaliter causat, — quod falsum est, quia unus cadit, alius non.

13 Hoc² etiam probatur per alias multas auctoritates, ut per Anselmum *De conceptu virginali* 4, quod voluntas est instrumentum se ipsum movens.

14 Item, Augustinus III *De libero arbitrio*: 'Motus voluntarius quo voluntas huc atque illuc volutatur, nisi in nostra esset potestate, neque laudandi neque vituperandi essemus'. Ex hoc arguitur: non est in potestate patientis quod patiens patiatur, quia non est in potestate patientis quod agens agat, et 'agente' agente³ actionem sequitur de necessitate consequentiae quod patiens patiatur (aliter esset actio sine passione).

15 Item, Augustinus *De vera religione*, Augustinus I *Retractionum* 13: «Nihil tam est in potestate voluntatis» etc.; 83 *Quaestionum* quaestione 8.

VF

1 quia F 2 igitur] add. obiectum F | imprimet (!) F 4 hypostasim F 6 quia om. F 8 alias om. V | ut] et V 9 virginali] add. cap. V¹ 12 volutatur] volvitur V voluntatur (!) F 13-14 neque¹ — potestate om. V 14-15 patiens — quod rep. V 14 est²] esset V¹ 15 agente² om. codd. 16 quod rep. V¹ 18 De — Augustinus² om. F 18-19 Augustinus² — Nihil] praemittendo quod, rep. ante quod (16) V¹ 18 I] II F 19 13] 18 F | voluntatis] add. sicut ipsa F 19-20 83 — 8 om. F

F 8-10 ANSELMUS, *De conceptu virg.* c. 4 (ed. SCHMITT II 143-144; PL 158, 436): «Aliud enim est vis illa animae qua ipsa anima vult aliquid (quae vis instrumentum volendi potest dici, sicut visus instrumentum videndi), quam 'voluntatem' nominamus, — et aliud est iustitia...».

11-13 AUGUST., *De libero arb.* III c. 1 n. 13 [n. 3] (CCL 29, 276; PL 32, 1272): «Motus autem quo huc aut illuc voluntas convertitur, nisi esset voluntarius atque in nostra potestate, neque laudandus cum ad superiora neque culpandus homo esset cum ad inferiora detorquet quasi quemdam cardinem voluntatis».

18-20 AUGUST., *De vera relig.* c. 14 n. 27 (CCL 32, 204; PL 34, 133) [et respective *Retract.* I c. 13 n. 5 (CCL 57, 38; PL 32, 603-604)]: «Usque adeo 'peccatum voluntarium' malum est, ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium». — Sed rectius: *De libero arb.* III c. 3 n. 27 [n. 7] (CCL 29, 279; PL 32, 1274) [et respective *Retract.* I c. 9 n. 3 (CCL 57, 25; PL 32, 596)]: «Nihil tam in nostra potestate, quam ipsa voluntas, est». — *De diversis quaest.* 83 q. 8 (CCL 44A, 15; PL 40, 13): «Moveri per se animam sentit qui sentit in se esse voluntatem; nam si volumus, non alius de nobis vult. Et iste motus animae spontaneus est».

T¹ scil. illorum duorum. ² scil. quod voluntas sit causa volitionis. ³ id est: 'et si agens agat'. — Alterum verbum «agente» codices inepte omittunt.

{Item, Bernardus *De libero arbitrio*¹.}

Item Philosophus IX *Metaphysicae* cap. 4: 'Potestas rationalis est ad oppositum'.

Praeterea, per rationem:

Obiectum voluntatis, ut voluntatis est, habet rationem finis, ut patet XII *Metaphysicae* de balneo; sed finis movet metaphorice, ex I *De generatione*; ergo non effective. Probatio consequentiae: omne movens effective, movet propter finem², et per consequens ens est ad finem³; sed ex hoc quod est finis, non est ens ad finem; ergo etc.

Praeterea, si obiectum causaret⁴, non esset in se sed in voluntate, et per consequens volitio non esset actio sed factio, causata in voluntate.

VF

1 Item — arbitrio = codd. [post cap. 4 (2) V post movens (p. 232, 10) mutando, ob transpositionem, prima verba F]] | Item, Bernardus] et per Bernardum F 2-3 Potestas — oppositum om. V 5 voluntatis] voluntas F 6 ut — balneo om. V | ut patet] comp. F 7 ex I De] primo ex V | Probo consequens V 8 effective om. F | et] sed V 9 ens¹ — non om. F 11-13 Praeterea — voluntate post ergo etc. (p. 234, 3) V 11 non] praem. hoc F 12-13 et — voluntate om. V

F I BERNARDUS, *De gratia et libero arb.* c. 2 n. 3 (Opera III 167; PL 182, 1003): «'Consensus' nutus est voluntatis spontaneus, vel certe... habitus animi liber sui»; n. 4 (p. 168; col. 1003): «Est vero ratio data voluntati ut instruat illum, non destruat. Destrueret autem, si necessitatem ei ullam imponeret quominus libere pro arbitrio sese volveret»; c. 4 n. 9 (p. 172; col. 1006-1007): «[Consensus] sponte devolutus in malum, in malo nihilominus tam liberum quam spontaneum constituit [hominem], sua utique voluntate ductum, non aliunde coactum ut malus sit»; c. 12 n. 40 (p. 195; col. 1023): «Ipsa igitur [christiani voluntas] se in culpam [negandi Christum], non gladius impellebat».

2-3 ARISTOT., *Metaph.* IX t. 10 (Θ c. 5, 1048a 8-11): «Illae [scil. potentiae rationales] autem [sunt factivae] contrariorum; quare simul facient contraria... sine aliquo determinante hoc autem impossibile; necesse [est] ergo alterum aliquid esse quod proprium est. Dico autem hoc [proprium, determinans], appetitum aut prohaeresim [= electionem]».

5-6 AVERROES, *Metaph.* XII com. 36: «Quoniam balneum duplicem habet formam — in anima et extra animam — et propter illam formam quae est in anima, desideramus aliam formam, quae est extra animam, forma igitur animae balnei, in quantum est in anima, est agens desiderium et motum; secundum autem quod est extra animam, est finis motus, non agens».

6-7 ARISTOT., *De gener. et corrupt.* I t. 55 (A c. 7, 324b 13-15): «Est enim factio causa ut unde principium motus; cuius autem gratia, non activa, nam sanitas non factiva est nisi secundum metaphoram».

T¹ Hanc auctoritatem, quam codices alio quisque loco tradunt, Duns Scotus probabiliter in margine adiecit. ² Cf. ARISTOT., *Physica* II t. 49 (AL VII¹ 68; B c. 5, 196b 17-22).

³ id est: omne movens effective est ens ad finem. ⁴ supple: volitionem.

- 20 Praeterea¹, actus voluntatis non esset actus vitalis, quia effectus non excedit suam causam, et vitale est nobilius quam non-vitale. Sed obiectum est non-vitale; ergo etc.
- 21 Praeterea, illa potentia quae est nobilissima et consequitur formam nobilissimam, non est passiva tantum (quia non est potentia naturae infimae et potentiae infimae, scilicet materiae primae²), quia video quod 'forma imperfectior' activa est, ut anima vegetativa; sed voluntas consequitur formam nobilissimam; igitur est potentia activa.

II. - AD QUAESTIONEM

A. - OPINIO PRIMA

1. - OPINIONIS EXPOSITIO

- 22 Ad hanc quaestionem dicunt quidam quod tota causa actualitatis in actu voluntatis est ex parte obiecti voluntatis, ita quod tota vis est in obiecto cognito respectu actus voluntatis. Habent autem rationes pro se, quae factae sunt ad quaestionem³.
- 23 Isti autem qui sic dicunt, discordant inter se.

VF

1 non om. V² | est V 3 Sed] et codd. | est non-vitale] non est vitale F | ergo rep. F 5 non²] hoc V 6 scilicet om. V 7 ut] nec F 7-8 ut — vegetativa om. V 8 sequitur F 8-9 est — activa] erit potentiae activae F 13 adnot. Responsio V² 14 actu] acm V

F 13-15 THOMAS, *Summa theol.* I q. 82 a. 4 in corp. (V 303a): «Bonum intellectum est obiectum voluntatis, et movet ipsam ut finis»; *Summa contra gent.* III c. 26 ad 5 (XIV 73a): «Voluntas enim, in quantum huiusmodi, movetur a suo obiecto, quod est bonum apprehensum»; *De veritate* q. 22 a. 5 in corp. (XXII² 624a); a. 6 in corp. (p. 627b); a. 13 in corp. (p. 645b); THOMAS DE SUTTON, *Quaestiones ordin.* q. 6 in corp. (BAW III 169-170); q. 7 in corp. (p. 192); AEGIDIUS ROM., *Quodl.* III q. 15 in corp. (f. 56rb): «Numquam enim voluntas per se et directe activat se ipsam, sed bonum apprehensum est quod causat volitionem in voluntate et quod activat eam»; GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 in corp. (PhB III 159): «Non videtur ergo esse negandum quin voluntas vere ab obiecto moveatur quantum ad actus volitionis»; ibid. (p. 161): «Praesente autem obiecto voluntatis, a nullo potest prohiberi actus volendi... Universaliter igitur tam in voluntate quam in aliis dicendum est quod nihil movet se ipsum»; ibid. (p. 163): «Voluntas non movet se, sed movetur a bono apprehenso secundum modum et formam apprehensionis».

T¹ subintellige: si obiectum causaret volitionem. ² De materia quae est 'prope nihil' et infima potentia, cf. supra d. 12 n. 26. 37-38. 42. ³ Cf. supra n. 2-11.

Dicunt enim aliqui quod obiectum cognitum movet voluntatem ad actum volendi.

Quod probant per Commentatorem XII *Metaphysicae* 24 commento 35, de balneo, quod balneum, secundum quod est in intellectu, effective movet voluntatem, sed extra existens, ut finis, movet voluntatem metaphorice.

Alii dicunt quod non solum est impossibile quod idem sit 25 movens et motum¹, sed requiritur quod movens et motum distinguantur subiecto; et ideo nulla potentia organica aut non-organica movet se, nec intellectus agens possibilem, ita quod potentia non-organica non movet potentiam aliam non-organicam, nec etiam potentia non-organica movet potentiam organicam, quia omnia haec non distinguuntur subiecto; sed idem est quod causat actum in intellectu et in voluntate, et hoc est obiectum movens, habens 15 esse in phantasmate².

VF

1-2 voluntatem ad actum] ad a. v. V 2 volendi] vocando V' evocando V¹ 4 35] 32 V | quod est] est est V 5 extra existens] extrahens voluntatem V 6 metaphorice] mediate V 7 Alii] Aliqui V 9 et ideo] iam V 11 aliam non-organicam] organicam V 12 movet] praem. non V 13 quod om. V' 14 obiectum movens] subiectum F

F 1-2 THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 9 a. 2 in corp. (VI 77a): «Id quod apprehenditur sub ratione boni et convenientis, movet voluntatem per modum obiecti»; I q. 82 a. 1 in corp. (V 293b): «Necesse est quod, sicut intellectus ex necessitate inhaeret primis principiis, ita voluntas ex necessitate inhaereat ultimo fini, qui est beatitudo»; *De veritate* q. 22 a. 5 in corp. (XXII² 624a): «Id quod voluntas de necessitate vult, quasi naturali inclinatione in ipsum determinata, est finis ultimus (ut beatitudo) et ea quae in ipso includuntur (ut esse, cognitio veritatis et aliqua huiusmodi)»; a. 6 in corp. (p. 627b); a. 13 in corp. (p. 645b): «Cum ratio proponit sibi [scil. voluntati] aliquid ut absolute bonum, voluntas movetur in illud absolute, et hoc est velle»; *De malo* q. 6 a. un. in corp. (XXIII 149a): «Bonum intellectum movet etiam ipsam voluntatem»; ad 10 (p. 151b): «Voluntas movetur ex necessitate ab obiecto quod est omnifariam bonum»; *Sent.* II d. 25 q. 1 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VI 614b); THOMAS DE SUTTON, *Quaestiones ordin.* q. 6 in corp. (BAW III 169); AEGIDIUS ROM., *Quodl.* III q. 15 in corp. (f. 56rb): «A fine autem et ab eo quod apprehenditur sub omni ratione boni, [voluntas] activatur et necessatur»; ibid. (f. 56va): «Volitio enim est in voluntate causata a bono apprehenso, ita quod voluntas non activat se ipsam, sed bonum apprehensum causat volitionem in voluntate et activat eam»; ibid. (f. 57ra): «Voluntas ergo..., dum offertur sibi finis, non potest non velle finem, quia determinate et necessario movetur ad finem».

3-6 AEGIDIUS ROM., *Quodl.* III q. 14 in corp. (f. 54vb); VI q. 23 in corp. (f. 134rb); AVERROES, *Metaph.* XII com. 36; textus cf. supra ad p. 233, 5-6.

7-8 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VIII q. 2 in corp. (PhB IV 19); VI q. 7 in corp. (III 152. 154).

8-15 Ibid. VI q. 7 in corp. (PhB III 155-156); ad 2-8 (p. 170-171); X q. 13 in corp. (PhB IV 376).

T¹ Cf. supra n. 6. ² Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 3 n. 326 (XVI 354-355).

} causality simply
passes through
the person

- 26 Sed quomodo est hoc possibile quod phantasma¹ movet intellectum, cum intellectus subiecto non distinguatur a potentia phantastica?
- 27 Dicit iste doctor quod licet una potentia organica non movet se nec etiam potentia non-organica movet potentiam organicam, tamen una potentia organica movet aliam potentiam organicam, quia distinguuntur subiecto, et ita etiam potentia organica potest movere potentiam non-organicam, quia licet anima sit ubique in corpore, tamen anima est extra potentiam organicam, et secundum hoc potest potentia organica movere potentiam non-organicam. Solum igitur phantasma, secundum ipsum, causat volitionem.

2. – OPINIONIS IMPROBATIO

a. – CONTRA OPINIONEM IN COMMUNI

- 28 Contra istud².

Ratio prima¹ – Primo: non est in potestate patientis pati (patientis enim non dominatur suae passioni); si igitur velle voluntatis comparatur tantum ad voluntatem ut passio eius³, sequitur quod non erit in potestate voluntatis actus volendi, – et tunc tollitur laus et vituperium, meritum et demeritum. Haec videtur esse intentio Augustini III *De libero arbitrio*, post principium, ubi vult quod nisi esset velle in potestate nostra, nec mereremur nec demereremur. Hinc⁴ etiam est – quod philosophi impugnant – quod non essemus domini actuum nostrorum.

VF

1 est om. F 4 iste] etiam V 4-5 moveat (!) F 6-7 tamen — organicam om. V 7 etiam] in V 8-9 quia — organicam om. F 10 movere ante potentia F 11 ipsum, causat] c. i. V 20 Haec] Sed V 20-21 esse intentio om. V 21 post] praem. quod V | ubi vult] v. u. V 22 nisi] non (praem. si V¹) V | nec] non V¹ 22-23 nec demeremur om. V 23 Hinc] Hoc codd. | etiam est] est et. F 24 actuum nostrorum] a. movent V* nostri actus F

F 4-12 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 ad 2-8 (PhB III 171-172).

21-23 AUGUST., *De libero arb.* III c. 1 n. 13 [n. 3] (CCL 29, 276; PL 32, 1272); textus cf. supra ad p. 232, 11-13.

23 'Nos non esse dominos actuum nostrorum' impugnant, seu e contra 'nos esse dominos actuum nostrorum' tenent ARISTOT., *Eth. Nic.* III c. 8 (AL XXVI¹ 187-188; I¹ c. 7, 1113b

T¹ scil. obiectum in phantasmate. ² Cf. supra n. 22. ³ id est: 'comparatur ad voluntatem tantum ut passio eius'. ⁴ scil. «nisi esset velle in potestate nostra».

Dicunt – propter istam rationem¹ et libertatem voluntatis² salvandam – quod licet voluntas determinetur² ad principia practica, non tamen quantum ad conclusiones: potest enim voluntas intellectum avertere ad consentiendum uni conclusioni et non alteri.

Praeterea, quodcumque agens sufficiens agit, patiens patitur, quia – ex opposito – si patiens non patitur, igitur agens non sufficienter agit, sed oportet aliud³; ergo in cuius potestate non est quod agens agat, in potestate eius non est quod patiens patiat⁴ (quia in cuius potestate non est 'prius', – nec 'posterius', quia necessario sequitur illud 'prius'⁴). Sed non est in potestate patientis actio agentis sufficientis, quando 'agens' est aliquid naturale (et hoc praecipue in proposito⁵), cum actio agentis naturalis⁶ praecedat omnem volitionem et actionem intellectus; igitur non est in potestate voluntatis prima volitio⁷, tamen volitio reflexiva est. Unde volitio quae est ab obiecto, non est in potestate eius⁸; in potestate tamen eius est quod voluntas faciat intelligere intellectum vel non intelligere, in operando.

VF

1-p. 238, 10 Dicunt — motio om. F 3 voluntas] intellectus V² 4 avertere] aut av. V 8 oportet] quia o. V 10 quia²] quod V 13-14 actio agentis naturalis] actus (in corr. V²) facientis (f.) patientis V²) V 14 omnem] actionem V¹

3-14. 32-33); ibid. (p. 190; c. 8, 1114b 31-32): «Operationum quidem enim a principio usque ad finem domini sumus, scientes quae secundum singula [sint]»; AVERROES, *Eth. Nic.* III com. 8: «Rerum quarum in nobis est potentia faciendi eas, in nobis quoque est potentia non faciendi eas, – et in quibus rebus dicimus 'sic', in his quoque possumus dicere 'non'»; ibid.: «Nos etenim domini sumus et potentes actionum, a principio actionis usque ad postremum eius»; ANONYMUS, *Eth. Nic.* III com. 8 (CLCAG VI¹ 269): «Si enim ex talibus operationibus talis [fit homo], horum autem ipse [est] principium: inerat enim ipsi 'non facere haec'».

F 1-5 THOMAS, *De malo* q. 6 a. un. ad 7 (XXIII 151a); GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 in corp. (PhB III 159-160); THOMAS DE SUTTON, *Quodl. ordin.* q. 6 in corp. (BAW III 169-170); AEGIDIUS ROM., *Quodl.* III q. 15 in corp. (f. 56va).

6-18 Quoad ipsum argumentum, – THOMAS, *Quodl.* VIII q. 2 a. 3 in corp. (ed. Parmen. IX 573b-574a); *Summa theol.* I-II q. 9 a. 4 in corp. (VI 78ab); *De malo* q. 6 a. un. in corp. (XXIII 149b-150b). – Quoad conclusionem (lin. 16-18), – THOMAS, *De veritate* q. 22 a. 12 in corp. et ad 1 (XXII¹ 642b); a. 13 in corp. (p. 645ab).

T¹ Cf. supra n. 28. ² scil. ab intellectu. ³ id est: 'sed oportet seu requiritur aliud agens'. – Cf. THOMAS, *Quodl.* VIII q. 2 a. 3 in corp. (ed. Parmen. IX 573b): «nisi superveniat aliud agens». ⁴ Cf. supra n. 14. ⁵ scil. in actione obiecti cogniti, quod est agens naturale. ⁶ Textum hic corrupte ab unico codice traditum, ad sensum restituimus («actio agentis naturalis»). ⁷ scil. quae est ab obiecto. ⁸ scil. voluntatis.

Edward greg
S. 235, p. 279

Godfrey
Q 6.7

against
Godfrey:
how direct
reasoning
not based
on reason
?

God-
frey

31 Contra:

Quaero quomodo potest¹ movere aut imperare intellectui ad intelligendum vel non intelligendum? Voluntas, secundum illam viam², non potest movere nisi mota; illam motionem voluntatis praecessit cognitio³. Aut igitur illa cognitio est in potestate voluntatis, – aut non in potestate eius, quia est ante volitionem et ad illam movet obiectum. Si non est in potestate eius, non potest⁴ movere intellectum ad intelligendum vel non intelligendum. Vel ergo erit processus in infinitum, vel non erit in potestate eius aliqua motio. *Vel. Beweis des ersten Beweises*

This hits
Aquinas
& Giles,
but also
Godfrey

32 Praeterea, secundum Augustinum I *Retractionum* 9: «Nihil tam est in potestate voluntatis quam ipsa voluntas»; sed – per te – in potestate voluntatis est aliqua intellectio, quam potest imperare⁵; igitur in potestate sua est actus suus proprius.

33 Praeterea, ex hoc quod ratio diversa potest⁶ cognoscere et discernere, et voluntas non⁷, non est libertas in voluntate, quia secundum Anselmum *De casu diaboli* cap. 12, si esset angelus habens instrumentum⁸ cum affectione commodi, posset ratiocinare, et non esset libertas nec peccatum in eo (secundum Anselmum), sed tantum esset ibi inclinatio (sicut appetitus sensitivus inclinatur), et tamen intellectus esset indifferens ad cognoscendum alia⁹; igitur per istam indifferentiam ad cognoscendum, a qua non salvatur libertas in voluntate (nec appetitus sensitivus), quia tantum inclinaretur ad intelligibilia (ita tamen naturali-

VF

5 est] etiam V* 6 quia] add. non V* 7 movet] mov V* 8 non om. V* 9 ergo om. V | in¹ vel V 12 tam est] e. t. F 13 te] se F 15-p. 239, 14 Praeterea – libertas om. F 16 non² om. V 18 affectione] assertionem V 19 nec in corr. V¹ 20-21 sensitivus] superius V 21 esset] est V 22 alia] autem V* | istam] illam V 23 a qua non] rep. ante ad (22) V* 23-24 sensitivus] esse eius s. V

F 11 AUGUST., *Retract.* I c. 9 n. 3 (CCL 57, 25; PL 32, 596).

17-21 ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 12-13 (ed. SCHMITT I 252-258; PL 158, 341-346).

T¹ supple: voluntas. ² Cf. supra n. 22. ³ subintellige: obiecti. ⁴ subintellige: voluntas. ⁵ Cf. supra p. 237, 17-18. ⁶ id est: 'ex hoc quod intellectus potest diversa'. ⁷ Cf. supra n. 29. – Cf. THOMAS, *Summa theol.* I-II q. 17 a. 1 ad 2 (VI 118b): «Radix libertatis est voluntas sicut subiectum; sed sicut causa, est ratio: ex hoc enim voluntas libere potest ad diversa ferri, quia ratio potest habere diversas conceptiones boni». ⁸ scil. voluntatem, quae – secundum Anselmum – est instrumentum volendi (cf. supra n. 13). ⁹ scil. diversa.

ter ad intelligibilia sicut appetitus sensitivus ad sensibilia), nondum¹ esset liber. Igitur non quia est potentia intellectualis, ideo² est libera. *cf. Old 2.6*

Item, haec indifferentia potest esse in appetitu sensitivo circa 34 diversa obiecta, quia nunc – propter indispositionem organi – potest unum appetere, nunc oppositum (sic etiam vis apprehensiva sensitiva); igitur si talis indifferentia sufficeret ad libertatem, in appetitu sensitivo esset libertas.

Item, ratio non potest demonstrative syllogizare nisi de oppositis, sed de altero³ sophistice et defective; igitur si propter talem indifferentiam in intellectu 'quia potest iudicare de oppositis', esset libertas in voluntate, sequeretur quod libertas esset in voluntate 'quia⁴ habet cognitionem defectibilem', et haec misera esset libertas!

15 «Ratio secunda» – Praeterea, secundo principaliter arguitur contra praedictam opinionem⁵ sic: agens naturale – idem et non impeditum – in eodem passo aequaliter disposito non potest causare opposita (hoc enim est de ratione agentis naturalis; unde II *De generatione*: «Idem in quantum idem natum est semper facere idem»); et hoc specialiter intelligitur de agente naturali; sed obiectum est mere agens naturale; igitur in eodem passo idem manens⁶ non potest causare opposita; igitur si obiectum cognitum causat in voluntate nolle, non potest causare velle, vel e contra. Sed hoc ponere est tollere omnem libertatem a voluntate et contingentiam in actibus humanis, qui sunt in potestate hominis; nec potest poni malum causa nolitionis vel odii, quia est privatio. – *against Godfr.*

VF

1-2 nondum] non tamen V 2 intellectualis] immaterialis V 5 organi] originis aut propter nunc V 6 oppositum] obiectum V* | sic] et V* 12 in¹ de V* | quod] quia V 15 principaliter] participialiter (!) V 16 sic om. V 16-17 impeditum] impedimentum V* 17-18 causare] creare V 18 unde] add. Philosophus V 22 obiectum] oppositum V* 23 vel] et F add. hoc V* 24 a voluntate om. F 25 quae codd. | nec] non (add. quod V²) V 26 malum] maior (praem. aliqua V²) V | nolitionis] volitans V | vel] sive F | quia] quae V

F 19-20 ARISTOT., *De gener. et corrupt.* II t. 56 (B c. 10, 336a 27-28): «Idem enim et similiter se habens, semper idem innatum est facere».

T¹ supple: angelus. ² supple: voluntas. ³ scil. oppositorum. ⁴ supple: intellectus. ⁵ Cf. supra n. 22. ⁶ id est: 'obiectum, idem manens'.

Haec videtur ratio Augustini XII *De civitate Dei* cap. 6, de 'aequaliter affectis', ubi obiectum est idem et voluntas aequaliter affecta, et tamen unus cadit et alius non; igitur obiectum non est causa ¹.

37 Ratio tertia – Praeterea, illa opinio ² non solum est contra multa dicta sanctorum (ut supra, contra Augustinum 83 *Quaestionum* quaestione 8, et alibi multa alia ³), sed etiam est contra Philosophum IX *Metaphysicae* cap. 4, qui vult quod potentia rationalis ex se non exit in actum, quia est oppositorum: si tunc ex se exiret in actum, exiret in opposita (unde scientia non magis determinatur ad unum oppositorum quam ad aliud) ⁴. Ista consequentia tenet per hoc quod potentia rationalis naturaliter est oppositorum, et ita si posset ex se in actum, exiret in opposita, – sicut sol habet naturam causandi opposita in diversis passis, et ideo ex se (si non impediatur) causat opposita in diversis passis approximatis. Ita de scientia sive intellectu habente scientiam: scientia enim, cuius est, est eius per modum naturae, et ita est principium agendi per modum naturae; necesse est igitur – secundum Philosophum – quod determinetur, et hoc ab appetitu sive prohaeresi, secundum Philosophum ⁵. Sed non determinatur per appetitum in quantum determinatur per scientiam, quia si scientia determinaret, cum ipsa aequaliter se habeat ad opposita, sequitur quod determinaret ad opposita ⁶; igitur voluntas determinat potentiam rationalem, ita quod voluntas nullam determinationem capit a scientia nec ab alio ⁷.

What determines the indeterminate?

VF

1 XIII] II V 3 affecta] affectata V² 5 illa] ista F 6 supra om. V | contra om. F | 83] 33 V 7 alibi] comp. V | multa] praem. et V | alia om. F 8 IX] VIII V² om. V' | qui vult om. V 9 non om. V | si] sicut V 10 unde] ut V 10-11 magis determinatur] d. m. F 11 Ista] Praeterea F 13 ita om. V | exire (!) V 14 haberet V 14-15 et — passis om. V 19-20 quod — Philosophum om. V 22 cum] tamen V 23 oppositum F 23-24 igitur — determinat rep. ante sequitur (23) V' 24 rationale (!) V 25 capit om. V

F 1-3 AUGUST., *De civ. Dei* XII c. 6 (CCL 48, 361; PL 41, 354): «Si enim aliqui duo aequaliter affecti animo et corpore...».

T ¹ Cf. supra n. 12. ² Cf. supra n. 22. ³ Cf. supra n. 12-16. ⁴ Cf. supra n. 17 (et n. 10). ⁵ Cf. supra ad p. 233, 2-3. ⁶ Cf. supra n. 10. ⁷ scil. obiecto.

ib. – CONTRA OPINIONEM IN SPECIALI

Contra praedictam opinionem in speciali.

38

Contra primum modum dicendi – Contra hoc quod dicitur quod finis ut est in intellectu, sive obiectum ut actualiter cognitum, movet voluntatem ad actum volendi ¹:

Finis enim, in quantum finis, est alia causa ab efficiente et aliam habet causalitatem; sed causalitas finis est movere efficientem ad causandum; igitur alia erit causalitas efficientis; igitur finis non effective movet efficientem.

The end does not effect the result, but it moves the agent cause

10 Praeterea, omne per se agens, agit propter finem ²; sed si ponatur finis movere effective et esse agens, erit agens per se, quia non per alterum (tunc enim esset aliqua alia causa prior movens quam finis; sed sic finis moveret per accidens, quia omne 'per accidens' reducitur ad 'per se' ³). Sed prima motio est a fine; igitur si finis moveret effective, per se moveret, et per consequens finis moveret propter finem. Aut igitur propter se, aut propter aliud: si propter se, erit finis et causa sui ipsius; si propter aliud, erit processus in infinitum.

Contra secundum modum dicendi – Contra alium modum ponendi

di ⁴, in speciali:

'Quod phantasma ⁵ causat omnem actum in voluntate, quia movens et motum debent distinguere subiecto' ⁶, – contra: secundum hanc opinionem esset dicendum quod angelus non posset habere novam volitionem nec intellectionem, quia ibi movens et motum non possunt distinguere subiecto, sed oporteret Deum facere miraculum in omni volitione nova angeli, creando eam; et tunc sequitur quod Deus creavit actum quo angelus peccavit, – vel si actus voluntatis in angelo sit ab aliis, non erit in potestate angeli.

VF

4 intellectus] actu V | ut² om. F 6 alia] add. a V 8 alia erit] est a V 10 agit om. V² 10-11 ponitur F 12 alia om. F 13 sic om. F | finis² om. V 16 movet V 18 processus post infinitum F 21 phantasia V 22 distingu] add. in V 22-23 secundum om. V 23 opinionem] viam V | non om. F 24 nec intellectionem om. F 25 oportere] ostenderet F 26 tunc] nunc V

T ¹ Cf. supra n. 23. ² Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* prol. n. 12 (XVI 5 nota 1). ³ Cf. THOMAS, *Physica* VIII lect. 2 n. 3 (II 367a): «Omne autem quod est per accidens, reducitur ad id quod est per se». ⁴ Cf. supra n. 25-27. ⁵ scil. obiectum in phantasmate. ⁶ Cf. supra n. 25.

- 41 Dicit tamen iste quod tantum est creditum quod angelus possit habere novam intellectionem, nec a Philosopho hoc habetur nec per rationem naturalem.
- 42 Dico quod potest ostendi per rationem naturalem quod anima rationalis saltem ¹ novam volitionem potest habere. Unde opinio quae ponit quod phantasma sit tota causa volitionis et intellectionis ², nimis vilificat animam nostram, quia ponit quod non plus quam boves habemus actus nostros.
- 43 Item, angelus intelligit se; et sive intellectio sit ab obiecto sive ab intellectu, idem movet se. Et esto quod Philosophus negaret intellectionem esse accidens, numquam negaret immateriale ³ intelligere se, si poneret intellectionem esse accidens.
- 44 Praeterea, effectus non est perfectior sua causa aequivoca totali; igitur cum phantasma sic ⁴ sit causa respectu volitionis et intellectionis, non erit aliqua volitio aut intellectio perfectior phantasmate, et ita – per consequens – cum bos possit habere phanta-

VF

1-2 possit habere] posset facere F 3 naturalem] rationalem *codd.* 4-5 Dico — rationalis om. F 5 volitionem] voluntatem V | potest] poterit F 7 nostram] meam V | quia ponit] apponit F 8 boves habemus] bonos habitus F 10 ab intellectu] intellectus V | quod om. V* | Philosophus om. V 11 esse] *add.* et V | numquid F 12 intelligere] intelligibile V | se, si] nisi V² 14 igitur cum] c. i. F | phantasma] *add.* secundum hanc viam F | sic sit causa] sit quasi c. totalis F 15 aut intellectio] a. i. aut intellectus V 16 consequens] accidens F

F 1-3 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 ad argg. (PhB III 168-169): « Illi philosophi praecipui qui ductu naturalis rationis absque lumine fidei de talibus [scil. de actibus substantiarum separatarum, ac proinde de intellectione et volitione angelorum] tractaverunt, totum exitum de potentia in actum circa substantias separatas negaverunt. Propter quod id quod circa hoc tenemus, magis ex auctoritate sacrae Scripturae et fidei adhaesione tenemus quam per rei evidentiam capiamus... Et ideo esset ulterius considerandum quomodo angeli reducuntur in actum intelligendi eorum quae prius actu non intelligunt. Et quia hoc etiam videtur esse de his quae fide tenemus, quia ea quae praecipui philosophi circa hoc – ductu naturalis rationis – investigare potuerunt, non consonant his quae a catholicis sunt tenenda, nec modus circa hoc etiam expresse habetur in Scriptura... Sicut de aliis credibilibus confiteor, ita et de isto, quod nescio istum modum: nondum enim vidi circa modum cognoscendi angelorum modum ponendi qui intellectum quietare possit ».

10-11 ARISTOT., *De an.* III t. 15 (Γ c. 4, 430a 2-3): « In his quidem enim quae sunt sine [in *editione*: si non] materia, idem est intelligens et quod intelligitur ».

T ¹ id est: 'saltem anima rationalis'. ² Cf. supra n. 25-27. Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 3 n. 326-327 (XVI 354-356). ³ scil. animam vel angelum. ⁴ scil. prout dictum est supra n. 42 (« Unde... intellectionis »).

sma perfectius quam nos, actus volendi aut intelligendi noster erit imperfectior phantasiā aut phantasmate bovis.

Nec valet dicere quod intellectus agens concurrit ¹, quia nihil agit in phantasia nec in intellectu possibili, cum – secundum eos – sint indistincta subiecto ²; et posito quod ³ aliquid causaret in phantasia, adhuc esset illud ⁴ perfectius intellectione ⁵, et sic sequitur quod 'felicitas' philosophorum ⁶ sit imperfectior phantasmate.

Praeterea, principium cui innituntur, falsum est, quod 'movens et motum distinguantur subiecto' ⁷. Hoc est enim falsum in multis, et contra Philosophum, nam subiectum respectu propriae passionis non tantum habet rationem causae materialis, sed efficientis ⁸, – aliter non necessario inesset subiecto suo nisi necessario causaretur ab eo, quia numquam potentia passiva (quae est de se « potentia contradictionis » ⁹) est causa necessitatis alicuius sibi inhaerentis, sed magis oppositi. Habet etiam instantiam ¹⁰ in gravibus et levibus, quae effective moventur a se, ut supra dictum est ¹¹.

Dices quod ¹² non moventur effective a se, sed tantum con-

VF

1 nos] voluntas V 2 imperfectior] perfectior V | bovis] hominis V 3-7 Nec — phantasmate om. F 4 in² om. V | secundum] sed V* 6 esset om. V² | perfectius] imperfectius V | sic in ras. V¹ 7 felicitas] fecunditas V 8 falsum est] e. f. F 9 subiecto om. V | est post falsum F 10 Philosophum] philosophiam V 12 necessario] actio F 13 potentia in corr. V² | passivam F* 16 dictum in corr. V¹ 17-p. 244, 11 Dices — subiecto om. F

F 3-7 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* V q. 10 in corp. (PhB III 36-38); q. 9 in corp. (p. 33); q. 8 in corp. (p. 31); VI q. 15 in corp. (p. 251-252); IX q. 19 in corp. (PhB IV 275-277).

10-12 ARISTOT., *Metaph.* VII t. 32 (Z c. 9, 1034b 16-19).

17-p. 244, 2 THOMAS DE SUTTON, *Quaestiones ordin.* q. 7 in corp. (BAW III 215-216):

« Aliquid movere se ipsum effective est impossibile, sed aliquid bene potest se movere consecutive, scilicet sic quod ad unum eius actum consequatur alius eius actus, – sicut in intellectu ad principium sequitur conclusio, sed hoc non est effective, sed consecutive; sicut ad formam gravis consequitur naturaliter motus deorsum, et tamen grave non movet se active nisi secundum ».

T ¹ scil. illuminando intellectum possibilem. – Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 3 n. 326 (XVI 355). ² Cf. supra n. 25. ³ supple: intellectus agens. ⁴ scil. illud causatum in phantasia, nempe phantasma. ⁵ supple: secundum eos (scil. secundum Godefridum). Cf. supra n. 44; DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 3 n. 336 (XVI 359). ⁶ qui posuerunt felicitatem consistere in intellectione: cf. ARISTOT., *Eth. Nic.* X c. 8 [c. 7] (AL XXVI² 358-359; K. c. 7, 1177a 12-17); AVERROES, in h. l. ⁷ Cf. supra n. 25. ⁸ Cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* II A d. 25 q. un.; HENRICUS GAND., *Quodl.* X q. 9 in corp. (AMPh s. 2, XVI 221). ⁹ Cf. ARISTOT., *Metaph.* IX t. 17 (Θ c. 8, 1050b 8-9): « Omnis potentia simul contradictionis est ». ¹⁰ scil. principium illud Godefridi (cf. ad lin. 8-9) habet obiectionem seu difficultatem. ¹¹ Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 2 n. 306-322 (XVIII 191-196). ¹² subintellige: gravia et levia.

secutive, semper in 'ubi': generans enim dat formam gravi, ad quam consequitur esse in 'ubi', si non impediatur¹.

48 Contra: illud 'consecutive' si est a nullo et aliquid est, tunc est et a nullo effective; igitur est Deus!

49 Praeterea, si non esset ibi impedimentum, generans generaret⁵ grave et effective faceret ipsum deorsum; igitur similiter, soluto impedimento, effective movebitur.

50 Item, sic dicerem quod omnia fiunt consecutive, si 'habere aliquid consecutive' non sit 'habere effective'; similiter in angelo, et in multis aliis, patitur instrumentum², si movens et motum distinguantur subiecto³.

13. - OPINIO INCIDENS IN PRAEDICTAM¹

51 Alii incidunt in praedictam opinionem⁴, licet dicant alia verba. Dicunt enim quod ab obiecto cognito causatur in voluntate affectio, quae sit causa volitionis necessaria.

15

VF

6 et om. V* 9 angelico V 10 si] quod V 11 subiecto] praem. a V 15 volitionis necessaria] n. v. F

dum apparentiam, sed movetur per suam gravitatem consecutive... Et ita, quando aliquid sic movet se, non ducit se ipsum de potentia ad actum; sicut enim in generatione ignis inter formam substantialem inductam et calorem consequentem ipsam non est potentia media quae debet duci ad actum, sed generans dans formam substantialem dat calorem et alia accidentia consequentia formam, ita est etiam in gravibus et levibus, quod generans dans gravitatem, dat motum consequentem, nisi impediatur; et si impediatur, statim - amoto impedimento - idem generans dat illum motum effective... Unde grave non movet se ipsum effective.

F 13-15 IOANNES DE MURRO, *Quaestio disp.* «Utrum obiectum voluntatis moveat ipsam ad actum volendi finem» in corp. (p. 490-491): «Dico igitur ad quaestionem quod sicut intellectus requirit aliquid aliud ad intelligendum..., sicut speciem..., sic in voluntate... necesse est ponere aliquid quo reducitur voluntas ad actum... volendi (et illud non meretur dici 'species'), ita quod - praeter habitus acquisitos et infusos - in voluntate oportet ponere quemdam influxum, et hoc ad apprehensionem boni, ita quod bonum apprehensum causat in voluntate aliquid per modum fluxus (et non per modum manentis), mediante quo voluntas se movet ad volitionem. Sed aliter est hic quam species in intellectu, quia species existens in intellectu necessario facit actum intelligendi, sed voluntas sub illo influxu, quia libera, potest se movere

T¹ Cf. AVERROES, *Physica* VIII com. 32: «Generans enim est illud quod dat corpori simplici generato formam suam et omnia accidentia contingentia formae, quorum unum est motus in loco; et ideo, cum forma fuerit completa in eo, complebitur 'ubi' suum debitum et alia accidentia, nisi aliquid impediatur». ² scil. voluntas (cf. supra n. 33). ³ Cf. supra n. 25. ⁴ Cf. supra n. 22.

Haec opinio¹ idem in re ponit cum praedicta, et eo minus² bene quod ponit plura sine necessitate: nam sequitur quod² agit et causabit illam affectionem per modum agentis naturalis, et illa affectio erit - ut naturale agens - principium eliciendi volitionem; unde contra hanc viam³ sunt rationes factae contra opinionem priorem⁴, sicut patet intuenti.

Si autem ponant quod in voluntate causatur quaedam complacentia aut pondus quoddam vel passio sive delectatio ante volitionem ab obiecto, quae non sit necessaria causa ad volitionem, sed quod voluntas remaneat in sua libertate ad volendum vel non volendum, - non incidunt in praedictam opinionem⁵; sed de hoc discutere non est modo ad propositum, quia quaestio tantum est de actu voluntatis 'a quo sit effective'⁶.

VF

1 idem in re] in se i. F 2 bene] bona F* 5 unde] ubi non V 6 intuenti in corr. V¹ 7 autem ponant] quis a. ponat F 8 vel passio om. V 10 vel] quod V¹ 11 incidunt] inducuntur F 12 quaestio resc. V² 12-13 tantum est] e. t. F

ad opposita... Et ideo oportet ponere in intellectu diversas species, quibus specificentur diversae intellectiones; eodem modo, cum in voluntate sint diversae volitiones, oportet ponere diversa in voluntate quibus specificantur, quia idem secundum idem non specificaret diversa; ideo indiget diversis influentiis quibus specificentur, ita quod sine tali influentia, causata ab obiecto, non potest voluntas in determinatam volitionem, nec per eam necessitatur ad volendum, sed magis libere - secundum diversas influentias - potest in diversas volitiones... Et sic dico quod obiecta diversa causant in voluntate diversas affectiones.

F 7-11 Sic revera affectionem illam explicat GUALTERUS BRUGENSIS, *Quaestiones disp.* q. 4 ad 3 (PhB X 41): «Voluntas a bono apprehenso per rationem et sibi oblato patitur quaedam boni complacentia, quam Anselmus [*De concordia* q. 3 c. 11 (ed. SCHMITT II 281; PL 158, 536)]... vocat 'commodi affectionem', sed hoc non est velle; velle enim non est pati nec motus ad voluntatem, sed motus ab anima, qui est inclinatio ad rem extra, cuius complacentia prius est recepta, et sic prius patitur quam agit»; ad 8 (p. 44): «Primum velle voluntatis non necessario praecedit aliqua nova informatio vel affectio voluntatis determinata vel specialis, sed forsan generalis, quae dici potest complacentia obiecti vel boni»; ad 14 (p. 45): «Praeterea, si [voluntas] recipit complacentiam boni, quod est suum pati, non tamen adhuc necessario sequitur velle, quod non est pati sed agere, quia velle dicit motum vel inclinationem totius hominis ad rem, quod est agere, non motum rei vel eius similitudinis ad voluntatem, quod esset pati». - Pondus vel passionem in voluntate causari ab obiecto, quibus voluntas facilitatur - non tamen movetur - ad volendum, concedit HENRICUS GAND., *Quodl.* IX q. 5 in corp. (AMPh s. 2, XIII 133); item, delectationem seu gaudium pariter ab obiecto causari, voluntate tamen libere se movente ad volendum, idem concedit in *Quodl.* X q. 9 in corp. (AMPh s. 2, XIV 226).

T¹ Cf. supra n. 51. ² supple: obiectum cognitum. ³ Cf. supra n. 51. ⁴ Cf. supra n. 28. 36. 37. ⁵ Cf. supra n. 22. ⁶ Cf. supra n. 1.

B. – OPINIO SECUNDA

1. – OPINIONIS EXPOSITIO

54 Alia opinio – Gandavi – extrema est, quod sola voluntas est causa effectiva respectu actus volendi, et obiectum cognitum est tantum causa 'sine qua non', et intellectus intelligens 'amotio impedi-⁵ menti'; et ideo dicunt quod obiectum cognitum est 'sine quo non' et intellectus intelligens ut amovens impedimentum: si enim obiectum non habet 'esse cognitum' in intellectu, non erit volitio, – si etiam intellectus non intelligat, voluntas non potest velle, quia tunc impeditur.

VF

3 adnot. Opinio Gandavensis V² | Gandavi om. F 4-5 est tantum] t. e. F 5 causa om. F | quo F 6 cognitum] cognitio V² 9 si] sed F | intelligat] inclinat F 10 tunc om. F

F 3-10 Hanc opinionem plurimis locis proponit ac defendit HENRICUS GAND., *Quodl.* I q. 15 in corp. (AMPh s. 2, V 93): «Absolute igitur dicendum quod voluntatis actionem necessario praecedit cognitio intellectus, sine qua praevia nihil potest velle»; q. 17 in corp. (p. 125): «Quod bonum apprehensum determinat voluntatem ad volendum, tamquam id sine quo nihil potest velle, indubitanter verum est»; IX q. 5 in corp. (AMPh s. 2, XIII 131): «Simpliciter ergo dicendum quod voluntas in actu volendi a nullo alio, sed a se ipsa sola movetur»; ibid. (p. 137): «Sic ergo ad quaestionem dicendum est quod voluntatem ad actum volendi non movet nisi ipsa se ipsam»; q. 6 in corp. (p. 142): «Ad actum imperii a voluntate, prae- vium oportet esse actum intellectus, quia incognita velle non possumus»; X q. 9 in corp. (AMPh s. 2, XIV 226): «Secundum vero modo [scilicet per impedimentum privativum] impeditur [voluntas] per ignorantiam, quia obiectum volitum est sibi absens, quod non est natum esse ei praesens nisi per scientiam sive notitiam in intellectu... Unde... cessante ignorantia per praesentiam obiecti in cognitione, libere se ipsa de non volente fit volens ipsum bonum cognitum»; ibid. (p. 229): «Voluntas simpliciter et omnino activa est quoad actum volendi»; ad argg. opin. contrariae (p. 238): «Quod dicunt quod nihil est dicta causa 'sine qua non', quia non est causa nisi agat per se aut per accidens, – dicendum quod reducit ad causam per accidens: non sicut per accidens calor generat..., nec sicut musicus [in editione: musicum] aedificat..., sed sicut removens 'prohibens privative', quia non potest [voluntas] aliquid velle nisi in notitia intellectus praesens sit sibi obiectum, quod 'non cognitum' erat absens»; ibid. (p. 249): «Obiectum, postquam moverit intellectum ad actum cognoscendi, et per hoc expulerit ignorantiam, quae impedivit voluntatem ne posset velle illud obiectum, statim voluntas libere potest velle»; q. 13 ad 1 (p. 290): «Dicendum quod licet [ratio actu suo] praecedat [voluntatem], numquam tamen aliter est causa [actus volendi] quam 'sine qua non'; XI q. 6 ad 2 (f. 455C): «Voluntas respectu sui ipsius habet vim motivam per se, et movet se per se; mota autem a se, non ab alio, movet alia a se. Intellectus autem praesupponit voluntas sicut causam 'sine qua non', tantummodo»; ibid. (f. 457S): «Operatio vero volitiva habet esse in volente, nullo modo ab ipso obiecto volito nisi sicut 'sine quo non'; XII q. 26 in corp. (AMPh s. 2 XVI 152): «Secundum quod saepe dixi, licet principium voluntatis sit ab intellectu et volitio causatur a bono apprehenso, non tamen hoc est sicut ex causa 'propter quam sic', sed solummodo sicut ex causa 'sine qua non'; ibid. (p. 156): «Verum est... quod intellectus existens in actu praecedat omnem actum voluntatis ut causa 'sine qua non'; XIII q. 11

10

Godfrey:
not "potest
velle" but
"velle"/"vult"

2. – OPINIONIS IMPROBATIO

Sed contra hanc opinionem arguitur:

55

Ratio prima – Philosophus II *De anima* probat quod sensus non est potentia activa¹, quia tunc semper sentiret, – sicut si combustibile haberet potentiam activam comburendi, semper se combureret. Et hoc probatur per hoc quod actio non dependet nisi ab agente et passo approximato et disposito, ita quod si sit actio naturalis, sequitur necessario ex istis², – si actio libera, potest sequi. Si igitur sola voluntas sit sufficiens causa respectu actus volendi et ipsamet est sufficiens passum ad recipiendum illum actum, igitur voluntas semper potest velle, – sicut combustibile semper comburit se, si habet potentiam activam comburendi. Et hoc est sic arguere: si voluntas esset potentia activa sufficiens ad causandum actum volendi, igitur esset in potentia accidentali³ ad volendum; sed quod est in potentia accidentali, ex se potest exire in actum; igitur voluntas semper de se potest velle.

VF

7 agente] comp. V¹ resc. V¹ | et² om. V | si om. V* 8 ex istis] effectum F | si] sed V | potest] add. non (et resc. V²) V² 9 sufficiens] add. est V 10 ipsa F | recipiendum] comp. V | illum actum om. V 11 semper post velle V 12 si] et V 14 actum om. V 16 igitur – velle] semper et per se V

in corp. (XVIII 88): «Dico quod aliquid ad actum aliquem eliciendum requiritur... ut causa 'sine qua non', quae nihil agit omnino in eliciendo actum..., quemadmodum requiritur removens prohibens ad descensum gravis. Et hoc modo, ut saepius tractavi, ad actum voluntatis eliciendum necessario requiritur obiecti ostensio et forma intellectus circa ipsum»; ad 2 (p. 98): «Obiecti intellectus praesentia in intellectu et determinatio per ipsum non est necessaria voluntati ad eliciendum actum volendi nisi sicut causa 'sine qua non'; Summa a. 45 q. 2 in corp. (II f. 17S). Eandem opinionem tenet PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 58 in corp. et ad 3 (BFS V 410. 419).

F 3-6 ARISTOT., *De an.* II t. 52 (B c. 5, 417a 6-9): «Manifestum [est] igitur quod [sensus] non est actu, sed potentia tantum; unde [sensus] non sentiunt, – sicut combustibile non comburitur ipsum a se ipso, sine combustivo: combureret enim se ipsum, et nihil [scil. nequaquam] indigeret actu ignem esse».

T¹ Cf. AVERROES, *De an.* II com. 52: «Sed quia [sensus] sunt ex virtutibus [scil. potentiis] passivis..., ideo non sentiunt ex se». ² Cf. ARISTOT., *Metaph.* IX t. 10 (Θ c. 5, 1048a 5-7): «Tales quidem potentias [irracionales] necesse [est], quando ut possunt activum et passivum appropinquat, hoc quidem facere, illud vero pati». ³ seu propinqua. – De potentia essentiali seu remota et accidentali seu propinqua cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 3 n. 540 (III 322); HENRICUS GAND., *Quodl.* IX q. 5 in corp. (AMPh s. 2, XIII 116-117); THOMAS DE SUTTON, *Quodl.* III q. 11 in corp. (BAW II 410-414); AVERROES, *De an.* III com. 14; *Physica* VIII com. 32.

56 Dicit quod voluntas impeditur dum intellectus non intelligit; unde requiritur – ad hoc quod voluntas velit – ut habeat¹ sine quo non potest velle.

57 Contra hoc arguitur per rationem aliorum, tenentium partem oppositam², quod tunc potest dici quod quidlibet transmutat se, ut quod lignum calefaciat se praesente igne, quia tunc non sequitur secundum istam viam³ 'praesente igne lignum calefit, amoto igne non calefit, igitur ignis calefacit lignum', sed stat secundum istam viam quod 'lignum calefaciat se' et quod 'ignis sit sine quo non' (sicut non sequitur per te⁴ 'posito obiecto cognito ab intellectu, ponitur volitio, et amoto eo, amovetur volitio, igitur⁵ est causa volitionis'; sed stat quod sit 'sine quo non').

58 Praeterea, praeter quattuor genera causarum⁶ oportet ponere aliam causam, vel reducere causam 'sine qua non' ad aliquam illarum, quia positus omnibus causis oportet ponere effectum; unde 'causa sine qua non' vel pertinet ad removens prohibens (sicut removens trahens est causa 'sine qua non' quod grave movetur), vel reducit ad approximationem passi; igitur oportet dicere quod 'obiectum cognitum' sit causa volitionis⁷, vel quod sit secunda causa⁸.

20

VF

2 ut] quod F 3 non om. V* 4 aliorum rep. V 5 dici quod] dividi V* | quidlibet] quodlibet V quilibet F 6 calefaciat V | tunc in corr. V¹ | non om. V 7 secundum] sed V* | lignum resc. F¹ 8 stat] constat V¹ 9 sit] se V* 10 sicut] sed F | posito obiecto] o. p. V 12 volitionis] nobilissima F | constat V¹ | quod sit om. F 14 aliam] unam V 16 removens] modum V | prohibens] prohabens V 17 causa om. F | quod om. F | movere V* 17-18 vel — passi in ras. F¹ 18 proximationem V 19 obiectum om. V 19-20 secunda causa] sine qua non F

F 1-3 HENRICUS GAND., Quodl. XIII q. 11 ad 3 (AMPh s. 2, XVIII 131): «[Voluntas humana] habet a causante [scil. a Deo] formam liberi arbitrii, qua vult secundum actum aut libere potest velle, amoto impedimento quod est absentia obiecti; et ipso facto praesente in intellectu per cognitionem, tunc libere vult»; alii loci cf. supra sub n. 54.

4-5 GODEFRIDUS DE FONT., Quodl. VI q. 7 in corp. (PhB III 151-152. 158-159).

T¹ supple: illud. ² scil. tenentium obiectum cognitum esse totam causam volitionis (cf. supra n. 22). ³ scil. Henrici Gandavensis (cf. supra n. 54). ⁴ scil. per Henricum (cf. supra n. 54). ⁵ subintellige: obiectum cognitum. ⁶ de quibus cf. ARISTOT., Physica II t. 28-29 (AL VII¹ 56-57; B c. 3, 194b 23-195a 3); Metaph. V t. 2 (Δ c. 2, 1013a 24-1013b 4). ⁷ prout tenet opinio prima (n. 22). ⁸ scil. quod 'obiectum cognitum' sit causa volitionis una cum voluntate, prout tenet Duns Scotus (cf. infra n. 69).

Praeterea, tu ponis quod voluntas sit potentia superior. 59 Nunc autem potentia superior non impeditur per inferiorem; igitur voluntas non impeditur per hoc quod intellectus non intelligit, sed sic¹ causa non agit. Dicitur enim impediri per actionem contrarii agentis: ut si sol intendit causare effectum calidum, sed cum causat, Saturnus – in virtute frigidus² – impedit solem per contrariam actionem; similiter, si grave superponatur trahi et gravitas sua non vincit supportantem, impeditur a motu suo; igitur per solam non-considerationem non potest dici voluntas impediri.

10 «Ratio secunda» – Praeterea, secundo arguitur sic contra praedic- 60 tam opinionem³: si obiectum cognitum sit tantum causa 'sine qua non' respectu volitionis, igitur volitiones non distinguarentur formaliter ab obiectis.

Sed hoc est inconveniens:

61

15 Primo, quia tunc sequitur quod habitus in voluntate non distinguarentur per obiecta, quia habitus generantur ex actibus per modum naturae⁴: quia enim talis actus est, generat habitum; unde et aliquis errans circa temperantiam, potest per actus generare sibi habitum, qui postea, dimisso errore, inclinatur in actus temperantiae rectos; unde habitus generatur ex actibus in quantum natura quaedam est. Consequentia prima⁵ patet, quia voluntas –

VF

1 sit potentia] est causa F 2 Nunc — superior] om. V¹ Si V¹ | per] add. causam V 4 sed — agit] si sit causa sufficiens volitionis F 4-9 Dicitur — impediri om. F 6 Saturnus] praem. (sed reapse voluit addere) qui est V¹ 7 si] igitur V 9 voluntas] add. non V* 10 sic] sicut F 12 igitur volitiones om. V 14 hoc] add. non V* 16 habitus] add. non V* 19 dimissus V | inclinatur om. F 21 natura post est V 21-p. 250, 3 Consequentia — se om. F

F 1 HENRICUS GAND., Quodl. I q. 14 in corp. (AMPh s. 2, V 84): «Et dicendum est simpliciter quod illa potentia praeminet alteri, cuius habitus, actus et obiectum praeminet (in editione: praeminet) habitui, actui et obiecto alterius. Nunc autem ita est, quod omnino habitus, actus et obiectum voluntatis praeminet actui, habitui et obiecto intellectus. Idcirco absolute dicendum quod voluntas praeminet intellectui et est altior potentia illo»; ibid. (p. 89): «Absolute ergo dicendum quod voluntas superior vis est in toto regno animae, et ita ipso intellectu».

T¹ scil. per non-actionem. ² Cf. ROBERTUS ANGLICUS (Magister in Montepessulano), Compilatio super tractatum 'De sphaera' Ioannis de Sacrobosco lect. 3 (p. 155): «Item, nota quod proprietates septem planetarum tales sunt: Saturnus est frigidae et siccae naturae...». ³ Cf. supra n. 54. ⁴ Cf. ARISTOT., Eth. Nic. II c. 1 (AL XXVI¹ 164; B c. 1, 1103b 21-22): «Ex similibus operationibus habitus fiunt»; c. 3 (p. 166; c. 2, 1104b 19-21): «Omnis animae habitus, a quibus innatus est fieri deterior et melior, ad haec et circa haec naturam habet». ⁵ scil. quod 'volitiones non distinguarentur ab obiectis'.

per te -- est causa sufficiens volitionis, et obiectum 'sine quo non'¹; igitur² non distinguuntur per obiecta, quia non distinguuntur nisi per causam activam per se.

62 . Secundo sequitur³ aliud inconveniens: quod non esset actus nec habitus simpliciter perfectior, qui est respectu perfectioris obiecti, -- et sic in amando muscam⁴ posset esse tanta beatitudo, sicut in amando Deum, quia secundum hanc viam 'non est perfectior actus volendi quia est perfectioris obiecti, sed quia est a voluntate sicut a totali causa cum maiore nisu vel minore'; unde sequeretur quod volitio et dilectio muscae esset perfectior, si esset intensior.

63 Item, sequeretur quod omnes volitiones essent eiusdem speciei, et sic etiam omnes habitus essent eiusdem speciei; sed hoc falsum est, quia species habent ordinem essentialem in universo, et volitio Dei est nobilior quam alicuius alterius; igitur habent distinctionem specificam ab obiecto. Perfectio enim requirit ordinem essentialem, -- et ita si volitiones sic se habent quod una sit perfectior alia, sequitur quod habent ordinem essentialem, et sic quod specie distinguuntur.

64 Dices quod voluntas habet indeterminationem ad causandum multas volitiones distinctas specie, sicut sol ad causandum diversa specie.

VF

4 Secundo] Sic V | esset in corr. V¹ 5 perfectior] imperfectior F 6 sic] add. est V² | muscam in corr. F¹ 7 quia -- viam om. F 9 totali] rationali V 10 muscae in corr. V¹ 13 et -- speciei] et sic F' om. F¹ 14 est om. V 16 requirit rep. V 17 sic] ita F 19 species V | distinguantur F 20-p. 251, 15 Dices -- specie om. F 21 multas] multos et m. V

F 7-9 HENRICUS GAND., *Quodl.* XI q. 6 ad 2 (f. 457S).

20-22 PETRUS I. OLIVI, *Summa* II q. 58 ad 2 (BFS V 417): «Sicut autem potest voluntas producere successive tres vel quattuor actus diversarum specierum respectu trium vel quatuor obiectorum, sic respectu infinitorum speciei diversorum poterit semper in infinitum diversos actus specie producere, nulla propter hoc posita infinitate aut diversitate specifica in essentia voluntatis... sicut sol lumina diversarum figurarum potest in infinitum producere secundum diversitates recipientium. Haec autem dicta sunt pro illa diversitate specifica actuum quae trahitur ex diversitate specifica obiectorum».

T¹ Cf. supra n. 54. ² supple: volitiones. ³ subintellige: 'si volitiones non distinguantur formaliter ab obiectis' (cf. supra n. 60). ⁴ quod est inter infima animalia. -- Dubitaret aliquis utrum Duns Scotus hic revera «muscam» an «musicam» in exemplum adducat: musica enim videretur melius contextui aptari. Ait namque ARISTOT., *Politica* VIII [c. 5] (Θ c. 5, 1339b 20-21): «Musicam autem omnes esse dicimus delectabilissimorum, et nudam existentem et cum melodia»; ibid. (p. 1340a 3-4): «Habet enim musica delectationem naturalem». Verumtamen tam hic in *Lectura* quam in parallelo loco GUILIELMI DE ALNWICK, *Add. magnae* II d. 25, quas ipse ex *Lectura* et *Reportatione* Duns Scoti confecit, absque ullo dubio codices clare tradunt «muscam». Ceterum exemplum muscae alibi quoque adhibet DUNS SCOTUS, *Ordinatio* IV d. 12 pars 1 q. 2 n. [11]; d. 45 q. 1 n. [6]; *Rep.* I A d. 2 n. 30.

Contra: sequeretur quod voluntas haberet infinitam virtutem⁶⁵ causandi, vel quod posset aliquid esse volibile quod non potest esse volitum a voluntate. Probatio: si voluntas habeat virtutem determinatam et limitatam respectu volitionum determinatarum, cum ultra numerum determinatum specierum posset esse alia species, sequeretur quod illa non posset esse volita a voluntate; si autem detur quod¹ habeat virtutem volitivam respectu infinitarum volitionum diversarum specie, tunc sequitur quod sit infinita virtute (quia maioris perfectionis est habere duas volitiones diversarum specierum quam unam, et tres quam duas; et -- in volendo -- secundam non adaequat qui requirit aliam virtutem, quam non habuit) et est² causa totalis respectu omnium et totam virtutem simul habet; ergo in se erit infinitae virtutis, si sit totalis causa respectu omnium³, -- sed non si⁴ causa partialis, quia tunc concurrent cum ea aliae causae infinitae partiales⁵, diversae specie.

«Ratio tertia» -- Praeterea, arguitur sic contra illam opinionem⁶⁶: actus volendi essentialiter refertur ad obiectum ut mensuratum ad mensuram, et non e contra (ex hoc enim quod lapis est volitus, non dependet a voluntate); sed mensuratum dependet a mensura vel sicut causatum posterius refertur ad causatum prius, vel sicut causatum ad causam (non loquendo de illa prioritare secundum quam natura humana dependet a supposito Verbi et accidens a subiecto, sicut dicitur in III quaestione 1⁷). Non autem dependet actus voluntatis ab obiecto cognito ut a causato priore; igitur sicut

VF

8 virtute] specie V² 9 quia] pon. quod V¹ 10 specierum quam] specie, tunc sequitur quod sit infinita (cf. 8) V² 16 Praeterea] Tertio F 17 essentialis V 18 ex hoc] h. est V | est om. V¹ 20 prius rep. post causatum (21) V 21 non] nisi F 22 humana om. V 23 dicitur] dictum (dcñ V) est codd. | Non] Si V 24 ut] vel F

tuor obiectorum, sic respectu infinitorum speciei diversorum poterit semper in infinitum diversos actus specie producere, nulla propter hoc posita infinitate aut diversitate specifica in essentia voluntatis... sicut sol lumina diversarum figurarum potest in infinitum producere secundum diversitates recipientium. Haec autem dicta sunt pro illa diversitate specifica actuum quae trahitur ex diversitate specifica obiectorum».

T¹ supple: voluntas. ² scil. voluntas. ³ scil. volitionum. ⁴ supple: sit. ⁵ scil. diversa obiecta. ⁶ Cf. supra n. 54. ⁷ Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* III d. 1 q. 1. Cf. etiam DUNS SCOTUS, *Ordinatio* III d. 1 n. 14-16. -- Cf. ea quae in Prolegomenis diximus.

a causa, – et non est dare nisi in respectu causae efficientis, ut patet discurrendo¹.

67 [Ratio quarta] – Praeterea, quarto arguitur sic: si voluntas sit tota causa activa respectu actus volendi et obiectum cognitum sit tantum 'sine quo non', igitur perfectio in actu volendi non erit effective ab obiecto sed tota a voluntate, et sic quando voluntas vult maiore conatu, erit perfectior actus volendi²; sed voluntas potest aequae intense diligere obiectum aenigmaticè cognitum sicut obiectum cognitum cognitione clara (quia si diceretur quod in cognitione clara quae erit in patria, obiectum ibi causet actum, tunc recederetur a priori opinione³); igitur dilectio illa perfecta potest sequi cognitionem fidei sicut cognitionem claram, et sic possumus esse beati in via! Aut si dicatur quod Deus per miraculum potest causare dilectionem perfectiorem⁴, saltem sequitur quod voluntas potest habere dilectionem aequae perfectam circa bonum delectabile absens sicut circa bonum delectabile praesens existens, si maiore conatu feratur in ipsum, – quod falsum est, quia perfectius potest amari bonum delectabile quando est praesens quam quando est absens.

68 [Ratio quinta] – Praeterea, arguitur ultimo sic: 'agere libere' est per cognitionem, – unde volens libere, ex hoc quod libere vult, non est caecus⁵; ex hoc igitur quod quis libere vult, sequitur quod vult illud cognoscendo, ita quod in libertate includitur cognitio; igitur obiectum cognitum sive cognitio obiecti non requiritur ad actum voluntatis ut illud 'sine quo non' tantum, sed tamquam aliqua causa inclusa in libertate et potestate liberi arbitrii.

VF

1 et om. V | respectu] illud F 2 patet] add. in F 3 tota in corr. V¹ 4 sic] sicut V 5 in rep. F 6 et] ut codd. 7 potest om. F 8 aenigmatè V | sicut] sive F 8-9 sicut — cognitum om. V 9 si diceretur] etsi dicatur F 10 causet] esset F | recederetur] recedetur F comp. V 11 igitur] ideo F 13 Aut] Ac V | dilectionem in corr. V¹ 15 aequae om. V | delectabile] add. scilicet V | absens] habentis V² 16 si] sed V¹ 19 arguitur ultimo] u. a. F | est] add. agere V² 20-21 non — vult rep. V 21 igitur om. in textu rep. V¹ | quis] add. in textu rep. cognitum sive (cf. 23) V¹ 22 cognitio] cognosco V¹

T¹ scil. discurrendo de omnibus quattuor causis. ² Cf. supra n. 62. ³ scil. ab opinione Henrici Gandavensis (cf. supra n. 54). ⁴ subintellige: in patria. ⁵ subintellige: intellectualiter.

[C. – OPINIO PROPRIA]

Respondeo igitur ad quaestionem¹ quod causa effectiva actus volendi non est tantum obiectum aut phantasma (quia hoc nullo modo salvat libertatem²), prout ponit prima opinio³, – nec etiam causa effectiva actus volendi est tantum voluntas, quemadmodum ponit secunda opinio extrema⁴, quia tunc non possunt salvari omnes condiciones quae consequuntur actum volendi, ut ostensum est⁵. Ideo teneo viam mediam, quod tam voluntas quam obiectum concurrunt ad causandum actum volendi, ita quod actus volendi est a voluntate et ab obiecto cognito ut a causa effectiva⁶.

Sed quomodo potest hoc esse de obiecto? Nam obiectum habet esse abstractum in intellectu, et oportet agens esse hoc-aliquid et in actu. Ideo dico quod cum voluntate in ratione causae effectivae concurrunt intellectus – actu intelligens obiectum – ad causandum actum volendi, ut sic breviter 'natura actu intelligens obiectum et libera' est causa velle et nolle; et in hoc consistit liberum arbitrium, sive in nobis sive in angelis.

Quomodo autem ista plura possunt concurrere ut una causa totalis ad actum volendi, patet:

20 Nam aliquando multa concurrunt ad unum effectum causandum, quae tantum habent ordinem per accidens, – et tunc multa concurrunt per accidens (quia si tota virtus esset in uno, illud faceret totum effectum), sicut est de multis trahentibus navem. Et sic non est in proposito, quia hic⁷ est per se ordo et una causa partialis praesupponit aliam.

VF

2 adnot. Opinio propria V² | igitur om. F 3 aut] ut V 4 nec rep. ante prout F 6 opinio om. V 7 actus codd. 9 concurrunt] concurrat V concurrat F | actum] actus V 12 in intellectu om. V 13 in ratione causae om. F | causae] ēe V 14 intelligens] intelligere V¹ 14-15 obiectum — obiectum] causa velle (cf. 16) F 16 et] aut F | in] om. V¹ 23 sicut] sic V | est om. F 24 non om. V

T¹ Cf. supra n. 1. ² Cf. Articuli 219 a Stephano Tempier Parisiensi episcopo damnati a. 194 (p. 554): «Quod anima nihil vult nisi mota ab alio; unde illud est falsum: 'anima se ipsa vult'. – Error, si intelligatur 'mota ab alio' scilicet ab appetibili vel obiecto, ita quod appetibile vel obiectum sit tota ratio motus ipsius voluntatis». ³ Cf. supra n. 22-23. 25-27. ⁴ Cf. supra n. 54. ⁵ Cf. supra n. 55. 60-68. ⁶ Hanc suam opinionem Duns Scotus numquam retractavit nec modificavit; idem enim substantialiter tenet etiam in Rep. II A d. 25 q. un. et in Ordinatione II d. 7 q. un. n. [15]. – Cf. de re animadversiones in Prolegomenis factae. ⁷ scil. in proposito, de volitione.

72 Alio modo, aliquando multa concurrunt ad unum effectum 2.
causandum, ita quod unum ab alio capit virtutem effectivam cau-
sandi, sicut corpus caeleste et agens particulare aliquod (ut ele-
mentum vel aliquod mixtum) respectu actus causandi¹. Et sic etiam
non est in proposito, quia obiectum 'cognitum ab intellectu actu'⁵
non habet virtutem causandi a voluntate, nec e contra, quantum
ad actum primum.

73 Tertio modo, aliquando plura agentia concurrunt in causando, 3.
ita quod alterius ordinis sunt aut rationis (contra primum mo-
dum²), quorum neutrum capit ab alio virtutem activam, sed utrum- 10
que habet causalitatem propriam, perfectam in suo genere, – unum
tamen est agens principale et aliud minus principale, ut pater et
mater ad productionem proles, et stilus et penna ad scribendum,
et vir et mulier ad regimen domus. Sic in proposito voluntas habet
rationem unius causae, scilicet causae partialis, respectu actus volen- 15
di, et natura³ 'actu cognoscens obiectum' rationem alterius causae
partialis, – et utraque simul est una causa totalis respectu actus
volendi. Voluntas tamen est causa principalior, et 'natura cogno-
scens' minus principalis, quia voluntas libere movet, ad cuius mo-
tionem movet aliud⁴ (unde determinat aliud ad agendum); sed natu- 20
ra 'cognoscens obiectum' est naturale agens, quod – quantum est
ex parte sui – agit semper: numquam tamen potest esse sufficiens
ad actum eliciendum, nisi concurrente voluntate; et ideo volun-
tas est causa principalior. – Et hoc etiam patet per ea quae dicta
sunt distinctione 3 primi libri, quod intellectus est causa princi- 25
palior quam obiectum, respectu actus intelligendi⁵.

VF

1 aliquando] quando F 2 capit ante ab F | effectivam] activam F 4 actus] effectus
F | etiam] i^a V 5 actu om. V 7 ad] add. hoc V 9 sunt ante alterius F | aut] et F
9-10 modum in corr. V¹ 10-11 utraque V² 12 est om. F | minus] add. unde habet V
13 stilus] comp. V 15 unius causae ante habet (14) V | scilicet — partialis om. F | partialis]
particularis V 16 natura] anima codd. | actu om. F | cognoscendi V | ratione F 17 utrum-
que F | simul est] e. s. V | una om. V | actus] aliqua V³ 18-19 natura cognoscens]
obiectum V² 19 principale codd. 20-21 natura] anima F 21 quod] quia V 22 agit
semper] s. a. F 23 nisi] non F 25 3] 2 V 26 quam] quod F

T¹ Cf. supra d. 14 n. 32-35. ² In primo modo (cf. supra n. 71) sunt causae 'ex
aequo' seu eiusdem rationis. Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura I* d. 3 n. 366 (XVI 267). ³ Loco
'natura' codices, ob simile compendium, erronee tradunt 'anima'. ⁴ Cf. DUNS SCOTUS,
Lectura I d. 3 n. 380 (XVI 372): 'ad cuius actionem agit aliud'. ⁵ Cf. ibid. n. 365-368.
379-380 (XVI 367-368. 372).

Ex hoc patet quomodo est libertas in voluntate. Nam ego 74
dicor 'libere videre', quia libere possum uti potentia visiva ad viden-
dum; sic in proposito, quantumcumque aliqua causa sit naturalis
et semper uniformiter agens (quantum est ex parte sui), quia tamen
5 non determinat nec necessitat voluntatem ad volendum, sed vo-
luntas ex libertate sua potest concurrere cum ea ad volendum
vel non volendum et sic libere potest uti ea, ideo dicitur 'libere
velle et nolle' esse in potestate nostra.

Haec autem opinio¹ confirmatur per rationes supra factas²; 75
10 et etiam per intentionem Augustini IX *De Trinitate* cap. ul-
timo et XV *De Trinitate* cap. ultimo, quod 'amor procedit a mente,
sed non ut imago', quia non gignitur nec exprimitur; ad actum
ergo amoris concurrat mens, et non sola voluntas.

Dices quod voluntas concurrat ut una causa, sed mens ut 76
15 'sine quo non' tantum, ita quod ibi³ cognitio est 'sine quo non'.

Contra: tunc similiter in *Trinitate* Spiritus Sanctus procederet 77
a Patre essentialiter, sed a Verbo (ut a notitia genita) ut 'sine
quo non'!

Item, Augustinus XV *De Trinitate* cap. 64 'de parvis': 78
20 «Numquid dicturi sumus» etc.; ibi vult Augustinus quod volun-
tas habet memoriam; sed hoc non potest esse nisi quia cum vo-

VF

2 dico V 3 sit naturalis] n. s. F 4 tamen om. F¹ 7 libere¹] ex voluntate V² |
potest] possunt V | dicimur (!) F 8 nolle] velle F 9 autem om. V | supra] contra V
11 XV] XII (add. Haec opinio, cf. 9 V²) V 14 Dices] Dicitur F | una om. V | sed mens]
et alia V 15 est] add. ut V 16 Trinitate] aeternitate F | procedit F 17 ut¹] et V |
ut²] et F 19 XV] XII V 20 Numquam V | ibi] ita V 21 sed] quia F

F 10-12 AUGUST., *De Trin.* IX c. 12 n. 18 (CCL 50, 309-310; PL 42, 971-972); XV c. 27
n. 50 (CCL 50A, 532-533; col. 1097): «Quam quidem voluntatem [sive dilectionem] de cog-
nitione procedere (nemo enim vult quod omnino quid vel quale sit nescit), non tamen esse
cognitionis imaginem, ... cernit discernitque qui potest».

14-15 HENRICUS GAND., *Summa* a. 61 q. 6 in corp. (II f. 178H): «'Incognita simpliciter'
simpliciter amari non possunt; et ideo ad amorem simplicem necessaria est notitia simplex
quasi praevia, sine qua talis amor non habet elici a voluntate».

19-21 AUGUST., *De Trin.* XV c. 21 n. 41 (CCL 50A, 518; PL 42, 1089): «Numquid
dicturi sumus voluntatem nostram, quando recta est, nescire quid appetat, quid devitet? Porro
si scit, profecto inest ei sua quaedam scientia, quae sine memoria et intelligentia esse non
possit».

T¹ scil. propria, cf. supra n. 69. 73. ² Cf. supra n. 65-68. ³ scil. in actu amoris.

luntate concurrat¹ ad causandum actum volendi, aliter enim liberum arbitrium esset caecum (quia libere volens, in quantum libere volens est, esset caecus); et ideo liberum arbitrium non tantum includit voluntatem, sed etiam cognitionem. Et hoc patet per Magistrum, qui dicit quod «liberum arbitrium est facultas voluntatis et rationis» etc. Unde secundum Augustinum 'voluntas, quando recta est, novit quid appetit'². 'Natura igitur intelligens libera' est huiusmodi causa actus volendi (sive nolitionis, propter angelos³), ita quod liberum arbitrium complectitur illas duas potentias, scilicet intellectum et voluntatem.

79 Praeterea, voluntas potest intensius diligere bonum delectabile praesens quam absens, aenigmatice cognitum; sed si 'cognitio actualis' obiecti praesentis esset tantum 'sine quo non' respectu actus volendi, non esset possibile assignare rationem quare dilectio est perfectior respectu boni praesentis quam respectu eiusdem absentis, tantum aenigmatice cogniti; et ideo utrumque est causa. Et propter hoc, quando obiectum – quod est bonum delectabile – est praesens et praesentialiter cognitum, tunc sequitur actus diligendi perfectior, quia 'perfectius cognitum' perfectius amatur si aequae intense ametur.

80 Item, haec opinio⁴ confirmatur per Philosophum IX *Metaphysicae*, qui ibi, cap. 2, docet quae est potentia rationalis, et quod illa de se non exit in actum (ut intellectus intelligens et ha-

VF

1 aliter] aut F 2 quia] et F 3 est om. V | non tantum] utrum V' utrumque V² 4 sed etiam] et V² | Et hoc] Hoc V' sicut V² 5 facultas] voluntas V' 7-8 Natura — actus rep. post angelos (9) codd. 7 Natura] Anima in corr. V¹ Scientia F | igitur] enim V om. in textu rep. codd. 7-8 intelligens] intelligunt V 8 est rep. in textu rep. ante libera F' | huiusmodi om. F | actus om. in textu rep. F 8-9 nolitionis] nihilominus V universalis F 10 illas] istas F 11 diligere in corr. V² 12 absens] habens V | aenigmatice] aenigmatice V* 13 obiecti] instantis V² 16 absentis] habentis V' om. V¹ | aenigmatice] aenigmatice V* 17 est! in ras. V² | bonum om. F 18 diligendi in corr. V² 19 cognitum perfectius om. F 21 haec] si V 22 qui] quia V 23-p. 257, 2 ut — actum om. F

F 5-6 LOMBARDUS, Sent. II d. 24 c. 3 n. 1 (SB IV 452); d. 25 c. 1 n. 2 (p. 461).

21-p. 257, 3 Quae sit potentia rationalis docet ARISTOT., *Metaph.* IX t. 3 (© c. 2, 1046b 1-4): «Potentiarum aliae erunt irrationabiles, aliae cum ratione. Quapropter omnes artes et scientiae factivae potentiae sunt: principia namque permutativa in alio aut in quantum aliud; et quae quidem cum ratione, omnes contrariorum sunt eadem, et quae irrationabiles, una unius». Potentiam rationalem de se non exire in actum docet ibid. t. 10 (c. 5, 1048a 8-10); textus cf. supra ad n. 10.

T¹ supple: memoria. ² Cf. supra p. 255, 19-21. ³ Cf. supra d. 7 n. 25-26; d. 23 n. 23-30. ⁴ scil. propria, cf. supra n. 69.

bens scientiam); et ideo non est causa per se, quia secundum se in nihil potest; sed potentia irrationalis de se potest in actum, ut forma naturalis. Sed in 4 cap. eiusdem docet quomodo potentia rationalis determinatur ad actum, et hoc ab appetitu sive voluntate. Voluntas igitur cum potentia rationali concurrat ut una causa, et una sine altera est tantum causa remota; unde potentia rationalis cum voluntate determinante est 'causa per se' actus communiter¹ volendi.

II. – AD ARGUMENTA PRINCIPALIA UTRUSQUE PARTIS

A. – AD ARGUMENTA PRIORIS PARTIS¹

10

Ad auctoritatem primae partis² patet responsio quod est pro 81 hac via, quod 'obiectum movet simul cum voluntate respectu actus volendi'³; unde ista opinio⁴ habet pro se rationes affirmativas⁵ et etiam negativas⁶.

15 Sed quando arguitur, secundo, quod voluntas non est potentia 82 activa quia non est principium transmutandi aliud (ut obiectum suum)⁷, dicitur a quibusdam quod voluntas consideratur dupliciter: uno modo ut appetitus, alio modo ut libera est, et haec differunt ratione vel intentione; voluntas igitur movet obiectum – 20 actum eliciendo – in quantum libera est, sed movetur et actum recipit in quantum appetitus est, et sic etiam salvatur quod 'potentia activa est principium movendi aliud in quantum aliud'⁸.

VF

2 ut] nec F 3 naturalis] universalis F' 4 sive] et V 7 communiter in corr. V¹ 11 auctoritates V | est] supra V 12 hac ... quod] ista ... quia F 13 unde] et F 15 secundo om. V 17-18 dupliciter in corr. F¹ 19 different V | intentione] comp. V | obiectum om. F 20 actum¹] praem. ad (et resc. V²) V² 21 etiam] ita V 22 est principium] p. e. V | aliud¹ om. F

F 3-5 ARISTOT., *Metaph.* IX t. 10 (© c. 5, 1048a 8-11); textus cf. supra ad n. 10.

17-21 HENRICUS GAND., *Quodl.* XIII q. 11 ad 3 (AMPh s. 2, XVIII 128): «Diversitas secundum rationem in voluntate humana et angelica sufficit ad hoc quod vere [homo vel angelus] possit dici movere se ipsum primo, – sed non secundum se totum, sed secundum aliud et aliud, quia voluntas tam angeli quam hominis, ut est appetitus simpliciter, se habet ad se ipsum, ut est rationalis sive liber aut liberi arbitrii, [se habet] sicut se habet genus ad differentiam. Haec enim duo nominat voluntas tamquam species composita».

T¹ scil. tam in Deo quam in angelis et hominibus. ² Cf. supra n. 2. ³ Cf. supra n. 69. ⁴ scil. propria, cf. ibid. ⁵ scil. rationes probantes volitionem ab obiecto causari, cf. supra n. 2-11. ⁶ scil. rationes probantes actum volitionis a voluntate causari (cf. supra n. 12-20), sed tamen ut a causa activa partiali (cf. infra n. 96). ⁷ Cf. supra n. 5. ⁸ Cf. ibid.

- 83 Contra: per se passio alicuius subiecti consequitur ipsum secundum propriam rationem et formam illius subiecti, et non secundum rationem generis; si ergo actus volendi recipiatur in voluntate, non recipitur secundum rationem sui generis, sed secundum rationem propriam, — aliter enim non haberet in se velle ut voluntas, sed ut appetitus.
- 84 Praeterea, maior est differentia formae et materiae quam voluntatis ut voluntas et ut appetitus; sed differentia non obstante prima¹, forma non movet materiam; igitur similiter secunda differentia non sufficit ad salvandum differentiam moventis et moti.
- 85 Praeterea, tunc etiam species quaelibet posset se movere, quia habet genus et differentiam, et posset se tunc movere in quantum est in actu per differentiam et moveri in quantum est in potentia per genus.
- 86 Praeterea, voluntas — considerata ut voluntas et ut appetitus — solum habet differentiam secundum rationem aut intentionem², quam etiam differentiam ponunt esse per operationem intellectus; sed sola conceptio intellectus non facit ut idem posset movere et moveri, quia haec requirunt differentiam realem.
- 87 Respondeo igitur et dico quod voluntas est potentia activa, sed non respectu obiecti ad transmutandum obiectum, nam illa definitio potentiae activae³ non est respectu obiecti, sed tantum in potentiis activis factivis; unde 'potentia activa factiva est principium transmutandi aliud'. Sed ista definitio potentiae activae factivae⁴ non est respectu sui ipsius, ita quod ipsum est suum pas-

VF

3-4 generis — rationem rep. V 3 in] a F 4 recipitur] hoc erit hoc utrobique V | sui] illius F 5 enim om. F | non rep. post. velle V 7-14 Praeterea — genus om. F 7 quam] quod V 8 sed — obstante rep. post. appetitus (6) V* 10 moventis] motis V 12 differentiam] potentiam V* 15 considerata in corr. V¹ 16 secundum] sed V | aut] obiecti (add. et V²) V 17 ponunt] in corr. V² ponit F 20 quod om. V* 23 activis om. V 24 aliud] aliquid V 24-p. 259, 2 Sed — aliud post non (p. 259, 6) V 24 ista] illa F 24-25 factivae non] n. f. V 25 est¹ ante potentiae (24) V | ita quod ipsum] nam ipsummet V

F 17-18 HENRICUS GAND., *Quodl.* XIII q. 11 ad 3 (AMPh s. 2, XVIII 128): «Tertia autem [diversitas] est illorum quae non sunt in ipsa re, nec ab intellectu percepta esse in re, similiter nec ipsorum diversitas, — sed ab ipso solo intellectu ex simplici consideratione ipsius rei sunt concepta et eorum diversitas in intellectu, et in ipso solo habent esse».

T ¹ id est: 'sed non obstante prima differentia'. ² Cf. supra n. 82. ³ Cf. supra n. 5. ⁴ scil. quae nuper data est (lin. 23-24).

sum. Et ideo male truncatur illa definitio ab aliquibus dicentibus quod 'potentia activa est principium transmutandi aliud'¹ in quantum aliud: deficit enim ibi «aut»². Unde Philosophus dicit quod est «principium transmutandi aliud aut in quantum aliud»³. Et prima particula convenit potentiae 'activae factivae', et secunda potentiae 'activae non factivae' (unde⁴ est principium transmutandi idem in quantum aliud, ut cum medicus sanat se).

Sed quomodo voluntas movet se in quantum aliud?

Dico quod voluntas habet actum primum et est in actu primo et habet effectum aequivocum⁵, ut volitionem; movet igitur in quantum est in actu primo, sed movetur in quantum est in potentia ad actum secundum; et sic non movetur secundum quod est in actu, quia non movetur secundum actum primum, sed movetur secundum illum⁶, sed est in potentia ad actum secundum et secundum hoc movetur; unde existens in actu primo, movetur in quantum est in potentia ad actum secundum.

Ad aliud, quando arguitur quod tunc idem respectu eiusdem esset in potentia et in actu, quia respectu actus volendi⁶, dicendum quod si accipiuntur potentia et actus ut differentiae entis, sic inconveniens est ut idem sit in potentia et in actu, nec hoc sequitur; inconveniens enim est quod idem sit in potentia album et in actu album; si tamen potentia accipiatur pro principio passivo, sic necessarium est quod idem sit potentia receptiva alicuius et tamen principium

VF

1 truncatur] mutatur V | aliquibus] aliter V 3 aut] auctoritas V 4 est] add. ibi V 5 potentia activa V | secunda] ita V 6 factivae om. V 11-13 primo — actu om. V 14-15 secundum hoc] sic F 15 primo] add. movet V² | movetur] add. autem V² 15-16 in quantum] ut V 17 essent (!) V 19 potentiae F 20 ut] quod V 21 enim om. V | sit] add. si V | album om. F | si in corr. V² 23 idem in corr. V²

F 1-3 GODEFRIDUS DE FONT., *Quodl.* VI q. 7 in corp. (PhB III 152): «Et ideo, ut dicitur IX Metaphysicae, ... 'potentia activa est id quod est principium activum in aliud secundum quod aliud'».

T ¹ Textus «Sed... aliud» (p. 258, 24-259, 2), ob homoioteleuton omissus et in margine probabiliter restitutus, in codice V post «non» (lin. 6) perperam transpositus est. ² Cf. supra n. 5. ³ Cf. supra ad p. 230, 6-8. — In locis Aristotelis ibi adductis, plures codices, in textu graeco tradendo, ob aplographiam (seu ob similitudinem litterarum vel syllabarum proximitatem), loco ἢ ἢ (= aut in quantum) habent ἢ (= in quantum); ipsamet editio Bekker tradit tantum ἢ. Attamen Didot alique moderniores recte habent utramque litteram; quam lectionem totus contextus exigit, prout ipse Duns Scotus explicat. ⁴ subintellige: potentia 'activa non factiva'. ⁵ De causis aequivoca et univoca earumque effectibus cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* I d. 3 n. 403 (XVI 382-384). ⁶ Cf. supra n. 6.

activum quo aliquid sit in actu (sicut subiectum respectu accidentis). — Sed de hac materia prius dictum est frequenter¹.

90 Ad aliud, quando arguitur quod in eodem non possunt esse relationes reales oppositae², dico quod quando relativa habent ordinem essentialem, ut generans et genitum, impossibile est quod relationes reales oppositae sint in eodem; sed ubi relationes non requirunt ordinem nec dependentiam essentialem inter relativa, sed tantum secundum quid, ibi possunt esse in eodem, sicut est de movente et moto, quia non oportet motum semper essentialiter dependere a movente, sed secundum quid, scilicet secundum aliquam perfectionem accidentalem; et ideo ex ratione relationum oppositarum non potest concludi quod non possunt esse in eodem.

91 Ad aliud, quando arguitur quod 'accidens per accidens' non causatur ex per se principiis subiecti³, dicendum est quod verum est, communiter loquendo: principia per se subiecti non efficiunt accidentia per accidens, sed sunt ab extrinseco, communiter loquendo; sed tamen aliquando, quando principia subiecti habent causalitatem activam ad ea quae contingenter insunt subiecto, tunc potest causari ex principiis subiecti tale accidens. Unde dicendum quod illud quod causatur ex principiis subiecti necessario, illud est propria passio subiecti, et non 'accidens per accidens'; sed hoc non est in proposito.

92 Ad aliud, quando arguitur quod illud quod est indeterminatum et in potentia contradictionis ad alia, oportet quod aliunde determinetur⁴, dicendum quod indeterminatio duplex est. Quaedam est potentiae passivae, et ista indeterminatio est ex carentia actus; et quod sic est indeterminatum, non potest esse principium actionis. Alia est indeterminatio potentiae activae, quae non est

VF

1 sit om. F 2 frequenter ante prius F 4 relativa] comp. V relata F 5 impossibile] ibi possibile V post est F 6 reales om. F | sint in eodem rep. ante oppositae F⁷ 7 relata codd. 8 sicut in corr. V² 9-10 essentialiter] aequaliter F 10 sed rep. post scilicet V | scilicet om. F 11 ratione] relatione rat. F 12 oppositorum F | non¹ nisi V¹ 15 subiecti] obiecti F | est om. F 16-18 principia — loquendo om. F 16 subiecti] obiecti V¹ 18 quando om. V¹ | habetur V 20 ex principiis] a principio V 20-21 dicendum] add. est F 25 aliqua V 28 quod] quantum V 29 actionis in corr. V¹

T ¹ Cf. supra d. 12 n. 38; DUNS SCOTUS, *Lectura I* d. 7 n. 83 (XVI 502); d. 20 n. 10 (XVII 285). ² Cf. supra n. 7. ³ Cf. supra n. 8. ⁴ Cf. supra n. 9.

ex carentia formae, sed ex aliqua illimitatione et perfectione formae et actus ad diversos effectus et oppositos, ut solis ad causandum diversos effectus et oppositos in diversis passis; et licet indeterminatum primo modo non determinetur ex se, tamen indeterminatum secundo modo ex se potest determinari, sed diversimode: si enim sit potentia naturalis, tunc — praesente passo — ex se determinatur determinatione opposita contradictioni; sed voluntas, quae est libere agens et indeterminata ad opposita et ex actualitate sua libera, determinatur a se.

10 Unde non oportet hic¹ sic arguere²; non enim invenitur sic 93 in aliis: voluntas³ est agens alterius rationis a toto quod est in universo. Unde Philosophus VIII *Topicorum* reprehenderet 'inferre — scilicet instrumenta⁴ — in aliis, et dicere quod tunc sic est in proposito'. Et ita dico quod voluntas est virtus activa in 15 determinata, indeterminatio alterius rationis ab indeterminatione cuiuslibet alterius causae; unde est potentia activa indifferenter respiciens opposita, quae⁵ potest determinare se ad alterum illorum.

Ad probationem⁶ patet quod potentia rationalis est de se in 94 determinata ad opposita, et ideo determinatur ad alterum a voluntate, quia potentia rationalis (ut scientia) indifferenter se habet ad opposita, nec est in potestate sua magis unum quam aliud.

Ad aliud, quando arguitur quod nullus effectus est ab aliqua 95 causa quae indifferenter se habet ad non-esse eius sicut ad esse⁷, 25 verum est a causa quae sic se habet quando effectus producitur;

VF

1 alia F 3 diversos — oppositos] oppositos effectus F 6 sit potentia] p. s. F 7 contradictioni] contradictionem V¹ et contradictoria V² | sed] sicut V² 8 et² om. V 10-18 Unde — illorum om. F 12 reprehenderet] respondere V¹ responderet V¹ 13 inferre] in fine V¹ | et] vel V¹ | tunc in corr. V¹ 14 proposito] add. non valet V² 17 determinare] definire V 19 rationalis] totalis F 20-22 et — opposita om. V

F 12-14 ARISTOT., *Topica I* c. 15 (AL V¹ 29; A c. 18, 108b 14-19): «Quare ad quodlibet eorum [scil. similium] poterimus disputare, profitebimur, quemadmodum in his se habet, sic et in proposito [se] habere... Si enim monstravimus quomodo in his se habet, sic et in proposito se habere demonstrationem fecimus».

T ¹ scil. in quaestione de voluntate. ² scil. prout arguebatur supra n. 9. ³ supple: enim. ⁴ De quattuor instrumentis topicis, ad syllogismum habendum, loquitur ARISTOT., *Topica I* c. 11 (AL V¹ 19; A c. 13, 105a 20-23). ⁵ scil. potentia. ⁶ Cf. supra n. 10. ⁷ Cf. supra n. 11.

unde voluntas indifferens non producit, sed¹ se ipsam determinans. Sed tamen prius naturā est indifferens ad esse et non-esse quam effectus producat, et ipsam determinari ad effectum est effectum esse. Unde non est imaginandum² quod causa prius determinetur et moveatur ad esse determinatum quam effectus producat: tunc enim oporteret ponere quod causa mutaretur et moveretur antequam causaret, quod non est verum, – sed ipsam determinari ad effectum producendum est effectum produci.

[B. – AD ARGUMENTA ALTERIUS PARTIS]

- 96 Ad auctoritates et rationes in oppositum², quae poterant adduci pro secunda opinione³, dicendum est ad omnes auctoritates⁴ quod non probant plus nisi quod voluntas est causa activa partialis suae volitionis.
- 97 Sed quia rationes ibi⁵ videntur concludere quod voluntas sit sola causa, ideo respondeo ad primam: quando arguitur de balneo⁶, potest dici – uno modo – quod balneum ‘extra’ habet rationem finis et sic movet metaphorice; sed ‘intra’, in intellectu, habet rationem obiecti, et sic rationem efficientis, ut praedictum est⁷. Aliter dico quod non semper obiectum voluntatis habet rationem finis, sed aliquando est ipsum quod scilicet est volitum, – et tunc potest dici quod habet rationem efficientis praedicto modo⁸ respectu actus volendi; alio modo habet rationem volendi ‘cur’, scilicet gratia cuius vult aliquid: et sic, ut ‘quod’, habet rationem efficientis, – sed, ut ‘cur’, habet rationem finis; sed aliquando concurrunt efficiens et finis.
- 98 Ad aliud, quando arguitur quod forma imperfectior (ut calor et anima vegetativa) est efficiens causa sui actus⁹, dicendum quod

VF

1 voluntas] add. ut V² | producit] procedit V | sed om. V² | ipsam] add. ut V² 2 non-esse] non ad esse F 4 non om. V 5 producit V 6 mutaretur et moveretur] mov. et mut. F 7 ipsum V 10-15 Ad — primam] Ad rationes alterius opinionis V 15 balneo] balnea V* 16 habet] add. unam V 17 in om. V* 18 rationem om. V | dico om. V 19 obiectum voluntatis] voluntatis V* voluntas V² 20 quod scilicet] sc. q. V 20-21 dici — efficiens] efficiens et finis. Ad aliud, quando arguitur quod forma (cf. 24-25) imperfecta tantum est (cf. p. 263, 1-2) F 22 volendi om. V 22-23 vult aliquid] a. v. F 23 quod om. V² | efficiens om. F 25 quod] quando V 26 sufficiens F

T ¹ subintellige: producit. ² Cf. supra n. 12-21. ³ Cf. supra n. 54. ⁴ Cf. supra n. 12-17. ⁵ Cf. supra n. 18-21. ⁶ Cf. supra n. 18. ⁷ Cf. supra n. 24. ⁸ Cf. ibid. ⁹ Cf. supra n. 21.

non est simile, nam huiusmodi causa naturalis ‘imperfecta’ tantum est respectu determinati effectus, et ideo non mirum si sit tota causa respectu illius. Sed causa quae ordinatur ad totum ens et quae capit totum ens, non potest esse causa totalis, nisi sit causa infinita; sed intellectus et voluntas capiunt totum ens, unde ordinantur ad tot obiecta capienda quot possunt esse, – et ideo ad causandum actus volendi aut intelligendi respectu omnium, requiritur quod concurrat obiectum: aliter enim voluntas esset infinita; sed quia respectu infinitorum ‘actuum volendi’ concurrunt etiam infinita obiecta, ideo non sequitur quod voluntas in se sit infinita.

Ad alia¹ patet responsio per iam dicta², quod concludunt quod obiectum requiritur, – et hoc concedendum est.

VF

1 tantum] cātā V 2-3 tota causa] c. t. F 3 ordiatur (!) V | ens om. F 4 capit] causat F | totalis] rationalis F 6 ad¹] et V | quot] quod codd. 7 aut] vel F 7-8 requiritur quod concurrat] quod (q. om. V*) c. r. V 8-9 infinita ... infinitorum] infima ... infimorum V* 9 volendi volendo V | etiam] add. in V 10 infinita ... infinita] infima ... infima V* 11 alia] alias, scilicet rationes contra secundam opinionem F | quod¹] quia F

T ¹ Cf. supra n. 19-20. ² Cf. supra n. 97-98.